



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus X. Singularia Festorum Mensis Octobris. qui habet dies XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

TITULUS X.

Singularia Festorum Mensis Octobris.
qui habet dies XXXI.

DE FESTO ROSARII (utpote mobili, ac veniente semper in Dominica, quæ occurrit vel in Calendis, vel post Calendas Octobres) vide P. I. Tit. de Dominicali Octobr. à fol. 252. ubi dictum, hætenus non nisi in ijs Ecclesijs hæc esse Officiò, ac Missa celebrare ex Decr. Gregor. XIII. in quibus adest Altare, seu Capella Rosarij, nisi Speciale pro aliquo loco, aut Diœcesi habeatur à Sede Apostolica Indultum, quale 14. Decemb. 1709. pro Civitate, ac Diœcesi Viennensi obtentum est Romæ per Sacrorum Rituum Congregationem quæ (uti habetur in Decreto Eminentiſſ. Card. S. Carpineo sub scripto) benigne indulſit atque concessit, ut singulis annis in Civitate, ac Diœcesi Viennensi Dies Festus Sanctissimi Rosarij cum Officio & Missa de eodem Sanctissimo Mense celebrari possit. Quod tamen Indultum, utpote tantùm particulari Diœconum Austriacarum loco concessum, non licet ad alias Diœconum Austriacarum Provincias, simili Indulto etiamnum carentes extendere, uti nec illud, cujus supra P. I. Dominica 1. Octobr. fol. 252. ex Sup-

plemento quorundam Breviariorum facio mentionem, ita enim rescriptum est Romæ, & constat ex Registro Decretorum S. R. C. summarie præfixo Breviario Romano, ubi habetur, non posse sine S. R. C. aut Sedis Apostol. licentia extendi Officia alicubi concessa de Loco ad Locum.

I. S. REMIGII Episcop. & Confess. Simplex de Præcepto, at Semidupl. ad libitum in Ecclesia universalis. Col. Alb. Si celebretur ut Simplex, & non veniat in Sabbato, aut in Dominica, aut in Die infra Octavam, nec denique in Die, in qua occurrit fieri de Festo 9. Lætionum, tunc ad Matutinum Invitatorium, & Hymnus (Iste Confessor) dic. de Communi Confess. Pontif. cum mutatione tamen tertij Versus in prædicto Hymno juxta Praxin ipsiusmet Directorij Romani, quia nempe, ut notat hic Gavant. & constat ex Martyrologio Romano, hodierna Dies non est Dies, quæ obijt S. Remigius. Antiphonæ verò, & Psalms dic. de Feria currente, ut in Pfalterio: Duæ quoque primæ Lectiones dic. de Scriptur. Feriæ cur-

[Rr 3]

ren-

rentis, nisi ponendæ sint de Initio Libri S. Scripturæ nondum posito (uti contingit, quando S. Remigius venit in Feria II.) tunc enim ambæsumuntur ex Dominica præcedente, quæ est prima Octobris, de Initio Libri I. Machabæorum; Lectio tertia verò dic: ut in Proprio Sanctorum. Quoad Absolutionem, Benedictiones, & Responsoriam autem ordinatur Officium hodiernum simplex eò proportional. Modò, quò supra Die 1. Septembris Officium S. Ægidij: idem est de Laudibus, & reliquis Horis Officij simplicis, quæ pariter tunc ordinantur hodie modò ibidem descriptò. Similiter eadem, quæ ibi sunt observanda circa dicendum hodie unum Nocturnum, & Laudes Officij Defunctorum post Laudes hodiernæ Diei, quando hodie fit Ritu Simplici de S. Remigio, aliæque nonnulla ibidem expressa, nominatim ea, quæ ibi habentur de observandis in Casu, quo Festum hujusmodi simplex venit in Sabbato, aut in Dominica, aut infra aliquam Octavam, demptis solùm, mutatisque ijs, quæ concernunt Ss. 12. Fratres MM: quoad Officium, & Missas illius Diei: nam si S. Remigius veniat in Sabbato, in quo non fit Ritu semiduplici ad libitum de illo, sed de B. V. in Sabbato, tunc fit de illo in Officio solummodo Commemoratio, sine Lectione, & in Missis privatis 2. Oratio est: *Fidelium*, 3. Verò de S. Remi-

gio; in Missa autem Conventuali quæ in *Ecclesijs Cathedralibus*, & Collegiatis dic: post sextam de B. V. in Sabbato, 2. Oratio est de S. Remigio, 3. de S. Spiritu.

Si autem S. Remigius celebratur, ut Festum *Semiduplex ad libitum* (quod tamen tunc tantum in C. permittit, quando non venit Dominica, nec infra aliquam Octavam particularem, nec in aliquo die occurrente 9. Lectionum alicujus Ecclesiæ, vel Relig.) tunc in Officio omnia dic. de Communi Confess. Pontif. cum mutatione 3. Versus in Immo *Iste Confessor &c.*, necnon *Sancti Remigii Sanctorum*, ac *Precibus Dominicalibus* suis locis. Lect. I. Nocturn. Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium Libri I. Machabæorum ex Dominica præcedente. In II. Nocturn. Lectio prima propria, ut in Breviario Romano hic (tum in Proprio Sanctorum, tum in fine Breviarij. de Festis ad libitum) secunda verò, & tertia: *Ad Sancti, ac Beati Remigii &c.*, de Communi Confess. Pontif. III. Nocturn: *Homo peregrinatus &c.*, & Oratio: *Da, quesumus, de ecclesia Communi* 1. locò.

Missæ: *Statuit*, 1. de Communi Confess. Pontif. cum Gloria, sine Credo. Orat. 2. *Acunctis*. 3. Ad libitum, si fiat Ritu semiduplici; nam, si fiat Ritu Simplici, tunc in Missis privatis Oratio 2. est *Fidelium*, & 3. *Cunctis*; in Collegiatis autem, ut

Cathedralibus Ecclesijs dic: tunc duæ *Missæ conventuales*, una pro Defunctis post Primam, seu Vigiliis Defunctorum; Altera de Festo post Sextam, & in hac Oratio 2. *A cumctis*. Ad libitum. *Col. Alb.* In priore oratione dic. 3. Orationes, uti notantur in *Missâ quotidiana pro Defunctis. Col. Nig.*

Si veniat hoc Festum in *Dominica*, aut *infra aliquam Octavam partularem*, vel in aliquo *Festo 9. Lectionum* alicujus *Eccles. vel Religio-*nis, tunc, licet de illo in ejusmodi *Calu fieri per se loquendo non possit officium*, aut *Missâ*, faciendâ tamen nihilominus est de illo per se loquendo suis locis *Commemoratio*, tanquam de *Festo Simplicis de Præcepto*, & dicendâ de eodem etiam *9. Lectionibus*, ut supra jam monui.

Quod si hodie factum sit *Ritu Semiduplici ad libitum* de S. Remigio, tunc in locis, in quibus cras non fit de *Festo Ss. Angelorum Custodum* sed quod de *Sedis Apostolicæ Indulto* jam factum sit de illo *Dominica 1. Septembris*, aut aliâ quâdam, (in *Dioecesi Constantiensi*) dicentur hodie de eodem S. Remigio etiam *Vesperæ*, & quidem integræ, nisi cras occurrat fieri de *Dominica*, aut aliquo *Festo 9. Lectionum*; tunc enim à *Capitulo* dic: de *Dominica*, aut *Festo Semiduplici* sequente, cum *Commemoratione Festi Præcedentis*, vel, si Festum sequens sit *Duplex*, in-

tegræ de *Festo Duplici* sequenti, cum *Commemoratione Festi Semiduplicis præcedentis*, nisi *Duplex* illud sit 1. aut 2. *Classis*. Quod si S. Remigius in ejusmodi locis veniat pridie *Sabbati*, quò postridie fiet de B. V. in *Sabbato*, tunc de B. V. in *Sabbato* faciendâ ibi est in hodiernis *Vesperis* *Commemoratio* per *Antiphonâ*, *Versum*, ac *Orationem* suò locò annotatam, illique subjungenda *Suffragia* consuetâ de *Apostolis &c.* cum *Precibus Dominicalibus* ad *Completor.* cujus *Hymnus* tunc terminatur per Verba: *IESU tibi sit Gloria, qui natus &c.*

Quod si hodie factum sit *Ritu Semiduplici* de S. Remigio, cras autem in locis paulò antè dictis fiat de *Feria*, aut de B. V. in *Sabbato*, tunc ibi post *Vesperas* *Diei Dictò* *Benedicamus &c.* dic: *Vesperæ Defunctorum* pro 1. *Die Mensis Octobris* non impeditâ *Officiò 9. Lection.*

In *Ecclesia* autem *universali*, seu extra prædicta loca dic: hodiernæ *Vesperæ* de *Festo Ss. Angelorum Custodum* sub *Ritu Duplici minore*, & in ijs omnia dic: uti notantur in proprio loco, cum *Commemoratione* S. Remigij, si hodie de eo fuit factum sub *Ritu Semiduplici*, necnon ante illum etiam *Dominica*, si quæ cras occurrat; si autem hodie fuerit factum de *Dominica*, fit in 1. hodiernis *Vesperis* Ss. Angelorum *Custodum* solummodo *Dominicæ* currentis *Commemoratio. Col. Alb.* Quod si hoc

si hoc idem Ss. Angelorum Festum alicubi, aut aliquando in primis, aut secundis suis Vesperis concurrat cum alio Festo Duplici minore, dividendas inter utrumque esse Vesperas, & usque ad Capitulum dicendas de præcedente, à Capitulo auzem de sequente decretum esse ajunt à S. R. C. 1698. Die 27. Sept. quod ipsum juxta Testimon. mox citandi Scriptoris suo tempore etiã tradidit Gav. uri & Mich. Bauldry P. 4. C. 17. n. 7. At verò Henricus Pisart in Director. Canon: recentissimè edito f. 288. integras in eo Casu Vesper. debent Ss. Angelis Custodibus concedi, nixus recentiori S. R. C. Decreto (authenticumne sit, annon, compertum hæcens non habeo) dum in Proprio Sanctorum §. 3. ita scribit: *Festum Angelorum Custodum extra Imperium Servatur Ritu Duplici minore Die 2. Octobr. sic tamen, ut in concursu cum alio Duplici minore habeat Vesper. integ. ita declaravit S. Congr. Die 12. Julij 1704.* Hæc ille, cujus sententiæ favere quoque videri possit Rubrica Gener. XI. de concurrent. Officio n. 2. circa finem, nisi ista allegatò Tit: ac num. de Festis Duplicibus majoribus, non autem de minoribus quorundam judicìo loqueretur (id quod Nonnemo etiam ex Tabulis Occurrentia & concurrentia, nulli Duplici minori ob Dignitatem totas Vesperas concedentibus vult tolligi) item Gayant. Tom. 2. S. 3.

C. 9: n. 3. ubi tamen ea, quæ dicuntur de præferendis Festis Apostolorum Festis Evangelistarum, si sint eadem Classis, non procedunt, sed post Decr. S. R. C. De annò 1707, cum tam Festum S. Marci Evangelistæ, quàm Ss. Apostolorum Philippi, & Jacobi in Choro transferri debuerit, prius tamen reponi jussit in Festum S. Marci, quàm Festum Ss. Philippi & Jacobi Apostolorum: quia dignitas Persona solum facere ad videtur in ordine Commemorationum non Vesperarum: nam in Vesperis tenditur dignitas solum in Christo Domino, & in Beata Virgine, interis autem quoad Vesperas eam non attendi, jam decisum, ut supra Die 22. Junij dictum, saltem regulariter & seclusa speciali Dispositione, qualis ista esse pro casu concurrentia à Pisarto asseritur: sed fides sit penes auctorem, usque dum certius quid innotescat. Cæterum ad Rubricam quam nonnulli contra posteritatem hanc Sententiam exponunt, respondit Pisartus: licet illa n. 2. circa medium loquatur de Festis Duplicibus majoribus, ac etiam hisce altiorum Riturum habentibus, ante finem tamen eam promiscuè loqui ac generalitèr, præscribendo ibi, quid sit servandum in Concurrentia quorumcumque Festorum Duplicium, quæ sunt equalis solemnitatis, sive Ritus, & hinc modò loqui etiam initio illius Numeri; sic autem expòsita Rubrica

crebit potius, quam adverbatur
Sententia Pisarti, ut consideranti pa-
bit. Saltem nonnullis Festis, &
Festorum (v. g. B. M. V.) ut
habentibus Ricum duntaxat Du-
min. debent Vesperas integras in
cum alio Duplici minore,
Pisart §. 1. Propr. Sanctorum
4.4. efficac. probare viderum ex
Decreto S. R. C. de anno 1691. Die
11. August. tum ex novissimo addi-
mento ad Rubricam Gen. XI.
Benedict. n. 7. esto Tabula Concur-
rentia nulli Duplici minori ob Digni-
tatem toras concedere Vesperas vi-
deatur.

1. In Ecclesia universali ce-
lebratur hodie Festum Ss. Angelo-
rum Custodum sub Ritu Duplici mi-
nore; hunc enim, & non majorem
designat cum Breviario Directori-
um Romanum. Col. Alb. In Officio
omnia dic: uti notantur hac Die in
Propr. Sanctor. dicunturq; ijdem Pf.
propr. tamen Antiph.) qui in Fe-
sti Michael. Archang. Cæterum no-
tandum est, primas Lectiones, quæ
in 1. Nocturno assignantur pro hoc
Festo in libro Exodi, omittendas
esse eo anno, quò in præcedentibus
Diebus legi non potuit Initium Li-
bri Esther, & locò illarum legen-
dum tunc esse in hoc Festo Initium
Libri Esther in 1. Nocturno. No-
tandum 2. Benedictionem Octavam
esse: Quorum Festum colimus &c, non
esse: Quorum Festum &c, etiam si quis solus

[Pars II.]

recitet Officium, ut rectè contra sui
Temporis Recentiore probat hic
Gavant. Notandum 3. Si occurrat
in Dominica hoc Festum, Octavæ e-
jus Lectioni jungendam esse nonam
(ob rationem supra ex Gavanto 29.
Septembr. allatam) 9. verò Lectio-
nem dicendam tunc esse de Dominica,
& ejusdem quoque faciendam in u-
trisque Vesperis, & Laudibus Com-
memorationem.

Missæ, uti notatur in loco,
cum Gloria & Credo. Oratio unica, ni-
si veniat in Dominica; tunc enim
de ea fit Commemoratio, ac de ea-
dem legitur quoque ult. Evangel.
Præfat. Communis. Col. Alb. Vespere
in Ecclesia universali de iisdem Ss.
Angelis Custodibus, cum Antiphoni-
is de Laudibus; Psalmis verò de
Dominica, exceptò ultimò: Confite-
bor tibi Domine in toto Corde meo: quo-
niam audisti &c, qui sumitur ex Ve-
speris Feriæ Sextæ de Psalterio. Ca-
pitulum, Hymn. Vers. & Oratio, ut
in 1. Vesperis. Antiphona ad Ma-
gnificat propria. Ubi Festum Ss. An-
gelorum Custodum est Festum Titula-
re, seu Patrocinium Templi, ibi ce-
lebratur Ritu Duplici 1. Classis, &
cum Octava: unde si incidat in Fe-
riam II. tunc in ejusmodi loco in
primis Vesperis illius non fit Com-
memoratio Dominicæ antecedentis:
Si autem incidat in ipsam Domini-
cam, tunc respectivè regulandum
est ejus Officium ac Missa in ejusmodi

[Ss]

lo-

loco, ut ibi, ubi celebratur Domini-
câ I. Septembris, de quo supra
P. I. Tit. 44. à fol. 236.

Ubi heri factum est de S. Re-
mig. Ritu *Semidupl.* aut de *Dominica*, aut
de alio Feslo 9. *Lectio*num, nec hodie fit
de Ss. Angelis Custodibus, sed vel
de Feria, aut de B. V. in Sabbato,
ibi post Laudes hodiernæ Diei, dictô
Benedicamus &c., dicendum est in Cho-
ro unum *Nocturnum* (respondens
Feriae currenti) *Officij Defunctorum*,
unâ cum *Laudibus* eorundem pro
prima Die Mensis non impeditâ Offi-
ciô 9. *Lectio*num, & in *Missis* pri-
vatis 2. loco dicenda est *Oratio Fi-*
delium; *Missæ* autem *Conventuales* in
Ecclesijs Cathedralibus, & *Collegiatis* eô
modô sunt tunc ordinandæ, quem
præscribit *Rubric. Missalis Roman.*
Tit V. n. 1. & 2.

Si autem tam hesternâ, quàm
hodierna Dies fuerit impedita Offi-
ciô 9. *Lectio*num (eô quod v. g.
Die 1. Octobris factum sit *Ritu Semidup-*
plici de S. Remigio, Die verò 2. O-
ctobris, nempe hodiernâ, de Die
Dominicâ, aut de Feslo Ss. Ange-
lorum Custodum) *crastina* autem
Dies non sit futura similiter impedi-
ta, tunc post *Vesperas* hodiernæ
Diei dictô *Verfu Benedicamus Domino*
&c., dicendæ sunt in *Choro Vespera*
Defunctorum pro 1. Die Mensis Octo-
bris non impeditâ, & post *Laudes*
crastinae Diei in eodem *Choro* dicen-
dum unum *Nocturnum* (respondens

Feriae *crastinae* currenti) *Officij* *De-*
functorum unâ cum *Laudibus* de eodem
Officio *Def. &c.*

Quæritur: An in loco, in quo
Festum Ss. Angelorum Custodum ce-
lebratur 2. Octobris. si simul ibi ce-
lebratur Octava S. Michaëlis Archangel.
tanquam Patroni Templi, omnino
sit in *Officio*, & *Missæ* alterutra Com-
memoratio & quænam illa? R. Si
Festum Ss. Angelorum Custodum
celebretur in eo *Loco* cum Octava
adeoque ad minimum sub *Ritu Dup-*
plici 2. *Classis*, tunc quidem con-
tendendam esse *Commemorationem*
Octava S. Michaëlis Archangel. 2.
2. Octobris, quâ Festum Ss. Ange-
lorum Custodum sub dicto *Ritu* ibi ce-
lebratur; infra Octavam verò, si
fiat de Feslo alio, utriusque Octa-
væ *Commemorationem* esse facien-
dam, quamdiu simul currunt, præ-
terea tamen de Octava S. Michaëlis. & po-
stea primum de Octava Ss. Ange-
lorum Custodum, utpote quibus etiam
in *Litanijs* S. Michaëlis. præponitur.
Quòd si in ejusmodi loco Festum Ss.
Angelorum Custodum celebretur
lummodo sub *Ritu Duplici* minoris
etiam in ipso Feslo Ss. Angelorum
Custodum fieri debet *Commemora-*
tio currentis Octavæ S. Michaëlis
Archangel. sicut vicissim Diebus in-
fra Octavam, in quibus non fit de
alio Feslo, sed de Octava S. Michaëlis
(quæ est dignior Octava Angelo-
rum Custodum) fieri debet in
eodem

modi loco Commemoratio de Octava S. Angelorum Custodum tam in Officio, quam in Missa Octavæ S. Michaelis. Ratio 1. Partis constat ex Rubrica Gen. IX. n. 4. Reliqua partem colligo ex ijs, quæ tradit Gavant. Tom. 2. S. 5. C. 18. n. 9. nec non ex Rubrica de faciendis Commemoration: universaliter, ac sine exceptione loquentibus. Ad ea, quæ opponi possent, censeo haud difficile posse responderi; nec esse pariter cum Casu, quò Festum Nominis B. V. M. incidit vel in Dominicam immediatè sequentem Festum Nativitatis B. M. V. vel in hujus Diem Octavam, ut consideranti patebit. si aliud quid statuit, aut statuerit circa hoc Dubium sac. Rit. Congregatio (ad quam meritò in similibus recurrendum) id demum in hoc quoque Casu erit practicandum.

2. Si hodie. Dies s. r. Dies hujus Mensis, non impedit offic. 9. Lect. hodie post Laudes Diei dicto *Benedicamus Domino*, dicendum est in Choro unum Nocturnum *Officij Defunctorum* (hodiernæ Feriæ correspondens) unà cum Laudibus eundem Defunctorum; circa Missa verò, quæ tam intra, quàm extra *Cathedrales*, ac *collegiatis* dicuntur, observanda sunt ea, quæ die hesterno paulò antè à me sunt annotata.

Vesperæ hodiernæ dic: de sequenti Festo S. Francisci Confess. sub Ritu

(in Ecclesia universali) duplici minore. Oratio propria: Reliqua verò ut in Communi Confess. non Pontif. cum Commemoratione Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat: ubi verò celebratur Ritu duplici 1. Classis tanquam *Patronus Ordinis*, aut *propria Ecclesia*, ibi in hodiernis Vesperis non fit Commemoratio *Dominicæ* hodie occurrentis (uti nec *Festi Semiduplicis*, aut *Duplicis minoris*, vel *majoris*, si quod hodie fuit celebratum) bene tamen *Dominicæ* cras subsequenti. *Col. Alb.*

4. S. Francisci Seraphici, Confess. Dupl. min. *Col. Alb.* In Officio omnia dic: de Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione, & ex parte Lectionibus, quæ in I. Nocturn. sunt: *Iustus, si morte &c.* de eodem Communi 1. Locò. In II. & III. Nocturno, uti notantur in proprio locò. Si occurrat in *Dominica*, dicitur de ea 9. Lectio in III. Nocturn. cum Commemoratione de eadem *Dominica* in Laudibus &c.

Missæ, uti notatur in proprio loco, cum *Gloria*, sine *Credo* in Ecclesia universali, nisi veniat in *Dominica*; tunc enim dic: *Credo*, & sic de illa Commemoratio in Missa, etiam ibi, ubi S. Franciscus est *Patronus Ordinis*, aut *propria Ecclesie*, cum ultimo de eadem *Dominica* Evangel. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In II. Vesperis sic (in Ecclesia universali) Commemoratio ss. Pla-

Placidi, & Sociorum MM. ut in 1. Vesperis de Commun. plurimorum MM. Oratio: *DEUS, qui nos Concedis &c.*, ut ibidem 2. locò. Cui Commemorationi præmittitur Commemoratio de B. V. in Sabbato, si cras occurrat Sabbatum non impeditum Festò 9. Lectionum; aut si hodie, vel cras occurrat Dominica, Commemoratio hodiernæ, vel crastinæ Dominicæ. *Col. Alb.* Quòd si crastina Dies sit 1. Dies hujus Mensis non impedita Officiò 9. Lect. tunc hodie post Vesperas Diei, dicto Versu *Benedicamus &c.* dic: in Choro *Vespera Defunctorum* pro 1. Die Mensis Octobr. non impedita, & cras unum Nocturnum (respondens crastinæ Feriæ) unà cum *Laudibus* ex Officio Defunctor. &c.

Quomodo ordinandum sit Officium quoad Lectiones II. & III. Nocturni infra Octavam ibi, ubi Festum hodiernum *S. Francisci* celebratur cum *Octava*, exponitur in Octavario Romano à fol. 416. & fol. 182. Die 4. Octobr. remissivè ad fol. 342. &c: & nota, in ejusmodi loco, ubi est Festum 1. *Classis*, non fieri Commemorationem de Festo sequente *Simplici* in hodiernis Vesperis, bene tamen de *Dominica*, si quæ cras sequatur, aut hodie occurrat.

5. Ss. PLACIDI, & SOCIORUM MM. Simplex. *Col. Rub.* Nisi hodie occurrat fieri de B. V. in Sabbato, vel de Dominica, aut Festo 9. Le-

ctionum, aut alicubi de Die *Octavam*, sit hodie Officium de hodierno *Simplici*, ad eum proportionaliter modum ordinando Officium de illis, quò supra Die 2. præmbris in Festo Ss. *Mauritij* Sociorum, simulque ibidem, ac ibi citatis annotata observando, hodierna Dies sit vel prima Mensis, non impedita Officiò Lectionum; aut si hoc Festum incidat in Sabbatum, Officiò 9. Lectionum non impeditum; aut incidat in Dominica: nam in 2. Casu post *Laudes* diei, dicto Versu: *Benedicamus &c.*, dicendum est unum Nocturnum (respondens Feriæ crastinæ) & *Laudes* Officij Defunctorum. In 2. Casu faciendum est Officium de B. V. in Sabbato, cum Commemoratione (sine Lectione) Festi *Simplicis* hodie occurrentis *Simplicis*. In 3. Casu non modo facienda suis locis Commemoratio de *Simplici* Festo hodierno, sed etiam de eodem dicenda 9. Lectio in Officio Dominicæ.

Quando sit Officium de hoc Festo, non dic: *Responsorium* *est vera Fraternalitas &c.*, sed Commemoratio locò penultimò; quia, ut notat *Commemoratio*, non omnes sunt *Frater*, &c.

MISSA: *Salus autem* *Jugiter* de Comuni plur. MM. 3. *Lectionum* (ex accepta 1. Oratione, quæ cum sua Secrerà ac Postcommunione legitur ex *Missà: Sapientiam Sanctorum* pro-

proximè præcedente, de eodem
(Communi) cum *Gloria*, sine *Credo*.
Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum,
nisi aut ratione Mensis, aut Feriæ II.
dicendum sit *Fidelium* in Missis priva-
tis, ac extra Ecclesias *Cathedrales*, &
Collegiatis &c: tunc enim juxta Ru-
bric. General. V. Missal. n. 1. 2. lo-
cò dic: *Fidelium*. 3. *A Cunctis*, nisi lu-
beat dicere 5. aut 7. Orationes; quia
tunc *Fidelium* in ejusmodi Missis di-
cere oportet penultimò locò. Præ-
f. Commun. *Col. Rub.* In *Eccle-*
siis autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis*
in 1. Casu dicendæ sunt duæ Missæ,
una (*quotidiana*) pro Defunctis post
Prænam, aut dictas in Choro Vigi-
liis Defunctorum. *Col. Nig.* Alte-
ra post Sextam de Festo, in quâ O-
ratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum.
Comm. sine *Credo*. Præf. Commun.
Col. Rub. In 2. autem Casu juxta
eundem Rubric. n. 2. In Missa e-
nim principali (dicenda de Festo)
facienda tunc est 2. locò Comme-
moratio generaliter pro Defunctis
per Orationem *Fidelium*, & 3. locò
penultimè, ac in Missis privatis, di-
cenda Oratio: *A Cunctis*. Si inci-
dat hoc Festum in Sabbatum, quod
fæcial est prima Dies hujus Mensis
non impedita Officiò 9. Lectionum,
Officium, & Missa dic: de B. V. in
Sabbato, uti ordinantur suò locò
cum Commemoratione Ss. Placidi,
& Sociorum MM. & tunc Orat. 2.
in Missis privatis, iisque, quæ dicun-

tur extra Ecclesias *Cathedrales*, &
Collegiatas, est *Fidelium*. 3. autem
de Ss. Placido, & Socijs MM. In
Ecclesijs verò *Cathedralibus* & *Collegia-*
tis dicuntur tunc duæ Missæ con-
ventuales, una pro Defunctis, ut
suprà, altera de B. V. in Sabbato, &
in hac Oratio 2. de Ss. Martyribus.
3. De S. Spiritu. *Rubr. Cit. n. 1.*

Vespera de S. Brunone Con-
fess. non Pont. sub Ritu dupl. min. in
Ecclesia universali. In ijs dic. om-
nia (excepta Oratione, quæ est
propria) ut in primis *Vesperis* de
Commun. Confess. non Pontif. cum
Commemoratione Dominicæ, si quæ
hodie, aut cras occurrat, in Eccle-
sia universali: at ubi est Patronus
Ordinis, aut propriæ Ecclesiæ, adeo-
que celebratur sub Ritu duplici 1.
Classis, ibi quidem fit Commemora-
tio Dominicæ subsequenti, non tã-
men Dominicæ hodie occurrentis.
Col. Alb.

6. S. BRUNONIS Confess. non
Pontif. *Dupl. min.* in Ecclesia univer-
sali. *Col. Alb.* Officium, ut in Com-
muni Confess. non Pontif. Oratio
tamen propria. Lect. I. Nocturni.
de Script. occurren. nisi ponendum
sit Initium alicujus Libri S. Scriptur.
nondum positum. Lect. II. Noct.
propr. III. Nocturni: *Sint Lumbi*, de
Commun. Confess. non Pontif. 1.
locò. Si occurrat in *Dominica*, dic:
de hac 9. Lectio in ultimo Nocturni.
cum Commemoratione de eadem
in

in *Laudibus*, etiam ibi, ubi S. Bruno est Dupl. 1. Classis.

MISSA: *Os gusti* (in aliquibus Missalibus extans in Ordine) de Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione, quæ est propria, uti & Postcommunio ei respondens. Dic: in ea *Gloria* sine *Credo* (nisi veniat in *Dominica*, aut fiat de eo tanquam *Patrono Ordinis*, vel *propr. Eccles.*) & fit in eadem Commemoratio de *Dominica*, si quæ hodie occurrat, cum ultim. de eadem *Dominica Evangelio*. Præfat. Communis. Col. Alb.

In II. *Vesperis* fit Commemoratio de S. Marco Pap. & Confess. ut in 1. *Vesperis* Confess. Pontif. (cum propria tamen Oratione) item Ss. Mart. Bacchi, Sergij, Marcelli, & Apuleij, ut ibi; cui utrique Commemoratio præmittitur Commemoratio de *Dominica*, si quæ hodie, aut cras occurrat; vel de B. Maria in *Sabbato*, si cras occurrat *Sabbatum*, & tunc Hymnus *Completorij* terminatur per Vers: *JESU Tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Col. Alb.

Quod si crastina Dies sit Dies 1. hujus Mensis non impedita Officiò 9. *Lectionum*, tunc hodie post *Vesperas* Diei dictò *Benedicamus* dicuntur *Vesperæ Defunctorum* pro Die 1. Mensis *Octobr.* non impedita.

7. S. MARCI Pap. & Confess. Simplex. Col. Alb. Nisi hodie occurrat fieri de B. V. *Maria in Sabbato*,

vel de *Dominica*, aut *Festo* 9. *Lectio num*, aut alicubi de *Die infra Octavam*, fit hodie *Officium Ritu Simplici*, cum *Commemoratione Ss. Sergij*, & *Soc. MM.* in *Laudibus* propr. Orat. nec non *Suffragij Defunctorum* in *ijdem* *Laudibus*, ac *Præfat. Domini alibus* ad *Primam*, de S. Marco Papa & Confess: dicendo in *offi* omnia respective ad eum proportionaliter modum, quò supra *Die* 1. *Septembris* in *Festo S. Egidij*, & quidem hodierna Dies sit *Die* 1. hujus Mensis, non impedita *Officiò* 9. *Lectionum*, dictò post *Lectio* *Diei Benedicamus*, subjungendo immediate unum *Nocturnum* (respondens *Feriæ* currenti) unà cum *Laudibus*, *Officij Defunctorum*.

MISSA: *Sacerdotes* sui (extans in quibusdam Missalibus in Ordine) 2. de *Communi Confess.* Pontif. cum *Gloria*, sine *Credo*. Oritio 1. propria, cum correspondente *Secreta*, ac *Postcommunione*. 2. De Ss. *Sergio*, & *Soc. MM.* 3. *A Cantu*, nisi *Ratione Mensis*, aut *Feriæ* II. dicendum sit *Fidelium*, tunc *ent* *Oratio* 2. est *Fidelium*. 3. De Ss. *Sergio*, & *Soc. MM.* aut, si lubear dicere 5. vel 7. *Orationes*, *Oratio* 2. erit de his: penultima autem *Fidelium*. Præfat. Commun. Col. Alb. In *Ecclesijs* verò *Cathedralibus*, & *Collegiatis* *Mitibus* conventual. utroque in *Casu* tunc *ordinandæ* sunt juxta *Præscriptum* *Rubricæ Gener. V. Missal. n. 1. & 2. mo.*

modo super. Die 5. Octobr. decla-
Si veniat hoc Festum in Sab-
bato, sic Officium, & Missa de B. V.
Sabbato, cum Commemoratione
illius (sine Lectione) necnon Ss.
Sergij, & Soc. MM. & siquidem Sab-
batum illud sit Dies I. Mensis Octobris
non impedita Officiò 9. Lectionum,
post Laudes Diei dic: modò paulò
ante dictò Nocturn. III. Officij De-
functorum, unà cum Laudibus eorun-
dem. In Missis autem privatis (de
B. V. in Sabbato cum Gloria, ac Præ-
fatio: si Te inveneratione, & cum Ite Missa
quæ dicendis) dici debent 5. Ora-
tiones hoc Ordine: 1. de B. V. in Sab-
bato. 2. De S. Marco. 3. De S. Sergio,
& Soc. MM. 4. Fidelium. 5. De S.
Ar verò in Ecclesijs Cathe-
dralibus, & Collegiis, dic: tunc duæ Mis-
sæ Conventuales. Una (quotidiana)
pro Defunctis post Primam, aut di-
ctas in Choro Vigiliis Defunctorum.
Col. Nig. Altera post Sextam de B.
V. in Sabbato, cum Gloria, Præ-
fatio de B. V. & Ite Missa est, necnon
cum Commemoratione S. Marci, &
S. Sergij, & Soc. MM. tantum, sine
Orat. Fidelium. Col. Alb.

Si incidat hodiernum hoc Fe-
stum Simplex S. Marci Pap. & Con-
fess. in Diem Dominicam per annum,
fit Officium, & Missa de Dominica, de
S. Marco autem, & de Ss. Sergio, ac
Soc. MM. fit in ijs Commemoratio
cum 9. Lectione de S. Marco in Offic.

& tunc Col. Virid. nisi currat alicubi
aliqua Octava; tunc enim, ante u-
tramque Commemorationem de di-
ctis Sanctis, facienda est Commemo-
ratio de Octava in Officio, ac in ho-
dierna Missa Dominicali; Color verò tam
in Officio, quam in Missa hodie con-
formandus est currenti Octava.

Vesperæ (nisi occurrat hodie,
vel cras Dominica) dic: in Ecclesia
universalis de Festo Sequenti Semi-
duplex S. Birgittæ Viduæ, ut in I.
Vesperis Sanctarum nec Virg. nec
Mart: exceptâ oratione, quæ est
propria. Nisi currat alicubi O-
ctava, de Suffrag. sanctor: & Preces
Dominicales suò locò. Col. Alb. Di-
xi autem primò: nisi hodie, vel cras
occurrat Dominica; nam si hodie oc-
currat Dominica, integræ Vesperæ
dic: in Ecclesia universalis de Domi-
nica, de S. Birgitta autem fit tan-
tùm Commemoratio: si verò cras
occurrat Dominica, Vesperæ ho-
diernæ usque ad Capit: dic de Sab-
bato currente, ut in Psalterio; à
Capitulò verò de Dominica, ut i-
bid. ac propr. locò, Festum autem
Semiduplex S. Birgittæ annò illò
transfertur in Diem proximam Fe-
stò 9. Lectionum non impeditam.
Col. Vir. Dixi 2. in Ecclesia univer-
sali; nam Teste Gavanto in Polo-
nia fit Officium & Missa de S. Birgit-
ta etiamnum, ut olim, hac Die 7.
Octobris, non autem Die Subse-
quente, seu 8. hujus Mensis, quâ
Ur-

Urbanus VIII. 1623. iussit celebrari deinceps hoc Festum in Ecclesia universalis.

Ubi S. Birgitta tanquam *Patrona Ordinis*, aut *propria Ecclesia*, celebratur Ritu duplici 1. Clavis, ibi nulla fit in 1. eius Vesperis Commemoratio *Dominica precedentis*, bene tamen *Dominica subsequentis*: de Simplici autem Festo nihil omnino fit in ejusmodi loco in illius *Officio*, ac *Missa*.

8. S. BIRGITTE VIDUÆ. Semidupl. Col. Alb. Si occurrat hoc Festum in Dominica, transfertur in Ecclesia universalis in Diem proximam non impeditam Officio aliò 9. Lectionum. Alioqui fit de illo in Ecclesia universalis in hunc modum: In *Officio* omnia dic: ut in Communi nec Virg: nec Mart: nisi quòd propriam habeat *Orationem*: *Lectiones* I. Nocturni de *Scriptura* occurrente, nisi ponendum sit *Initium* alicujus *Libri* S. *Script.* nondum positum. II. Noct. *propriae*. III. Noct. *Simile est Regnum Cælorum thesauro &c*, de *Commun.* *Sanctar. Non-Virginum*: cum *Suffragijs* *Sanctorum*, & *Precibus* *Dominicalibus* suis locis.

Missa Cognovi (extans tota in Ordine in quibusdam *Missalibus*.) de *Commun.* nec *Virg.* nec *Mart.* excepta *Epistolâ* [*Charissime viduas honora, &c*] quæ extat sub finem ejusdem *Missæ*. Dic. in ea *Glor. sine Cred. Orat.* 1. *propr.* (non item re-

spondens illi *Secreta*, ac *Post-communio*) 2. *A cunctis*. 3. *Ad libit. Prop. Commun. Col. Alb.*

Ubi S. Birgitta est *Patrona Ordinis*, aut *Ecclesia*, ibi *Officium* *Missa* *Ordinantur* respectivè eòs proportionaliter modò, quò supra Octobr. in Festo S. *Francisci*. Item est de *Festis* *Semidupl.* *Subsequentibus* respectu illorum *Locorum*, quibus celebrantur Ritu duplici *Class.* *Lectiones* verò infra *Octavam* in II. & III. *Nocturno* dicenda pot debent ex *OCTAVARIO ROMANO*.

In II. *VESPERS* in Ecclesia universalis fit hodie (nisi vel hodie vel cras occurrat *Dominica*) à *Capitulo* de Festo *Semidupl.* *Sequentis* S. *Dionysij*, & *Socior.* *MM.* ut in *Vesperis* in *Communi* plur. *M. accepta* *Oratione*, quæ est *propria* cum *Commemoratione* *precedentis* & *Suffragijs* *Sanctor.* ac *precibus* *Dominicalibus* suis locis. *Col. Rub.* autem hodie, vel cras occurrat *Dominica* tunc in 1. *Casu* *Vesperis* integræ de *Dominica*, cum *Commemorat.* *Ss* *Dionysij* & *Socior.* *Col. Virid.* In 2. verò *Casu* dic. que ad *Capit.* de S. *Birgitta*, à *Capitulo* verò de *Dominica*, cum *Commemorat.* *præced.* & *Suffragijs* *Col. Virid.* nisi ubi currit aliqua *Octava*.

9. Ss. *DIONYSIJ*, *RUSTICI*, & *ELEUTHERIJ*, *Semidupl.* *Col. Rub.* occurrat hoc Festum in *Dominica*

transfertur in Ecclesia universalis in diem proximè non impeditam Officiò aliò 9. Lectionum : alioqui fit hodie de illo in Ecclesia universalis in hunc Modum : *Officium*, ut in Comuni plur. Mm. nisi quòd propr. habeat Orationem. Lectiones quoque I. Nocturn. sint de Scriptura occurrente, nisi poneudum sit Initium alicujus Libri S. Scriptur. nondum positum. II. & III. Nocturni propriæ. Dic. sub locò *Suffragia* sanctorum, & *Preces Dominicales*, ut currat alicubi aliqua Octava.

Missæ, uti notatur, cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *A Cunctis*. 3. *Ad libitum*. Præfat. Commun. *Col. Rub.*

In II. *Vesperis* (nisi vel hodie, vel cras occurrat Dominica) fit Capitulo in Ecclesia universalis de sequenti Festo S. Francisci Borgie, ut in I. *Vesperis Confes.* non *Francis.* cum mutatione 3. Versus in Hymno : *Iste Confessor &c*, Oratione propriâ & Commemoratione Festi præcedentis, ac *Suffragijs* Sanctorum, *Precibusque* Dominicalibus suo locò. *Col. Alb.* Si hodie occurrat *Dominica*, *Vesperæ* hodiernæ dic. integræ de ea, cum Commemoratione sequentis Festi. *Col. Rub.*

Si verò cras occurrat *Dominica*, dic. usque ad Capitulo de Festo hodierno *Semiduplici*, à Capitulo autem (translato in Ecclesia universalis S. Francisci Borgia in [Pars II.]

diem proximam Officiò 9. *Lectionum* non impeditam) de sequente *Dominica*, cum Commemoratione Festi præcedentis &c. *Color Virid.* Dixi autem rursus : *In Ecclesia universalis*; nam in *Societate JESU*, ac locis serenissimo Hispaniarum Regi subjectis dic. hodiernæ *Vesperæ* sub Ritu duplici 2. *Classis* integræ de S. Francisco Borgia, cum mutatione 3. Versus in Hymn. *Iste Confessor*; at sine Commemoratione Festi *Semiduplicis*, *Dominicæ* præcedentis, bene tamen cum Commemoratione Festi *Duplicis* alicubi præcedentis, necnon *Dominicæ* cras subsequenti. Orat. propria. *Col. Alb.*

In Hispania quoque, ubi cras celebratur Ritu duplici Festum S. Ludovici Bertrandi Confessoris, hodie integræ *Vesperæ* dic. de eodem, cum Commemoratione Festi præced. (nisi celebretur Ritu duplici 1. aut 2. *Classis*) ac *Dominicæ*, ut supra. Orat. propr. uti notatur in *Append. Breviar. Col. Alb.*

10. S. FRANCISCI BORGIE Confess. è Societ. JESU. *Semiduplex* in Ecclesia universalis, cum *Suffragijs*, ac *Precibus Dominicalibus* suis locis. *Col. Alb.* Nisi ob occurrentem hodie *Dominicam*, aut Festum alicubi *Duplex* hodie occurrens, transferendum sit Festum S. Borgie in diem proximam non impeditam Officiò aliò 9. *Lectionum*, fit hodie de [Tr]

de illo in hunc modum: *Officium*, ut in Communi Confess. non Pontif. nisi quod in Hymno: *Iste Confessor* mutetur 3. Versus, & Lect. I. Nocturn. sint de Scriptura occurrente (nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturae nondum positum) II. verò Nocturno (uti & Oratio) sint propriae. III. Nocturno: *Ecce nos reliquimus omnia*, ut in Communi Abbat.

Missæ pro hoc Festo primitus in Supplemento Missalium à Rubrica ei præfixa assignabatur: *Os Justi &c.*, de Communi Confess. non Pontif. exceptâ duntaxat propria Oratione: *Domine JESU Christe &c.*, ac I. Evangelio, quod solum (non item Secreta, & Postcommunio) sumi jubebatur ex Missa de Communi Abbatum; & sic etiam olim eam dicere jubebat ipsum Directorium Romanum, quod sequebatur quoque Societas JESU, idque ex Decreto Congregationis General. XV. de anno 1706. At verò non multò post superius allegatam Rubricam nempe annò 1689. ex Mandato Alexandri VIII. Pontif. mox edito 8. Novembr. ejusdem anni, quoad *Missam* in hoc Festo dicendam emanavit hæc alia Rubrica: *Missæ: Os Justi.* Omnia, ut in *Communi Abbatum*, præter *Orat. &c.*, uti videre est in memoratis Missalibus (etiam Urbis, ut inde huc scriptum à Teste oculato) in quorum aliquibus per

extensum ponitur tota Missa Borgia, coincidens (exceptâ I. Oratione: *Domine JESU Christe &c.*) omnino cum illa, quæ est de *Abbatibus*, nisi quod in Oratione Secreta, & Postcommunione, Vocabulo *Abbatum* (utpote omittendo) substituitur vox *Borgia*. An autem factis authenticæ esset hæc posterior Rubrica, recentiorumque Missalium prioribus hac in parte contraria Dispositio, hæc tænus dubitabam ob Rationem superius in oppositum allatam, dubiumque hoc meum Romæ milititer solvi per Reverendum Patrem Procuratorem Assistentiæ Germanicæ ravi, à quo annò hoc 1711. ex eodem hoc obrinui Responsum: *Ex Decreto impresso Romæ 1709. & emanato Jussu Reveren. Patris nostri decerni debere recitari Missam pro S. Franciscus Borgia de Communi Abbatum*, non obstante, quocunque alio Decreto, & quocunque Missalium Impressione: antequam enim imprimeretur illud Directorium pro Societate, recognitum fuit ultimatum Decretum S. C. Rit. & collationatum (ut ita dicam) cum Originali in sacra Congregationis Rit. Archivio conservatum, ubi patuit, Missam supra dictam de Communi Abbatum esse assignatam pro Festo ejusdem Sancti. Hucusque Responsum Romanum. Dubium igitur nullum superest amplius, notam Missam de S. Borgia (exceptâ solâ I. Oratione: *Domine JESU Christe &c.*) dicendam esse ut in Communi

Abbatum, & ita dicere eam ju-
bent modo ipsa Directoria Romana
recentius impressa in Ecclesia quoque
universali. Porro in Ecclesia uni-
versali dicitur in ea Gloria, sine Cre-
do. Orat. 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum
Præf. Commun. Col. Alb.

Vespera integræ de S. Franci-
sco Borgia (Col. Alb.) nisi ob oc-
currentem cras *Dominicam* dicendæ
hæc à Capitulo de Dominica, cum
Commemorat. de illo &c : & tunc
Col. Vir. nisi ubi currit Octava ali-
quis Festi.

In Societate JESU, ac locis
Serenissimo Hispaniarum Regi sub-
jectis celebratur hoc Festum S. Fran-
cischi Borgia sub Ritu duplici 2. Claf-
sic, & insuper in Societate JESU
cum Octava, ac proinde ibi in ho-
derno Officio dic: Lectiones I. No-
cturn. de libro Ecclesiastici : *Beatus*
Vir &c, ut in Communi Confess.
non Pontif. 2. locò. In II. & III.
Nocturno, uti norantur in Proprio
Sanctorum, tum Romano, tum e-
riam Societatis. Si veniat in Do-
minica, dic. de ea 9. Lectio, cum
eius Commemoratione in Officio, ac
Missa, in qua hodie, & per totam Oc-
tavam dic: *Credo*, necnon ultimum
hodie Evangelium de *Dominica*, cum
hujus Commemoratione, quando
hodie occurrit Dominica. Infra
Octavam Lectiones II. & III. No-
cturni (desumptæ ex Octavario Ro-
mano Editionis Antverpiensis de

anno 1628. à sol. 416. de *Communi*
infra Octavam Confessoris non Pontif.
& à sol. 454. de *Communi infra Oc-
tavam Abbatum*) dicuntur, uti no-
tantur in Proprio Festorum Societa-
tis JESU. Dominicâ infra Octa-
vam S. Francischi Borgia, si non oc-
currat Festum duplex, fit ibi Offici-
um, & Missa de *Dominica* : cum Com-
memoratione *Octava tantum*, etiam
in Missa, in qua proin non dicitur
3. Oratio (nisi alicubi simul oc-
currat Festum Simplex, aut insuper
Dies alterius currentis Octavæ) &
tam in *Officio*, quam *Missa* adhiben-
dus Color Albus cum altera Oratio-
ne de Octava tantum, etiam à Sacer-
dotibus externis apud nos celebran-
tibus, & permissione Decr. S. R. C.
de Anno 1701. 11. Jun. utpote in
quo utrumque concedit.

Hæc eadem Die X. Octobris,
aut *Die aliâ assignandâ*, celebratur
(uti habetur in Appendice recentior:
Breviarior. Antverp.) ab omnibus
Serenissimo Hispaniarum Regi sub-
jectis sub Ritu duplici Festum S. Lu-
dovici Bertrandi Confess. dicendo
Officium, ut in Communi Confess.
non Pontif. Lect. I. Noct. de Scri-
ptura occurrent. nisi ponendum sit
Initium Libri S. Scriptur. nondum
positum. II. Nocturni propriæ, uti
norantur in Appendice prædicta Bre-
viarij. III. Nocturni : *Sint lumbi &c* de
Communi Confess. non Pontif. 1.
locò. Orat. propr. Col. Alb. Missa :

[T 2]

Os

Os Justi &c. 1. De Comuni Conf. tantum, cum Oratione propri: & Gloria, sine Credo, nisi ubi est Patro- nus, aut veniat in Dominica, cujus tunc fit in Officio, & Missa Commem- oratio, cum 9. in illo Lectione, & ultimo de eadem Dominica in hac Evangelio. Col. Alb.

Ubi crastina Dies est prima Dies Mensis hujus non impedita Of- ficiò 9. Lectionum, ibi hodie dic: post Vesperas Diei *Vespera Defunctorum*, ut supra 2. hujus in fine.

11. Ubi hodierna Dies est prima Dies Mensis Octobris non impedita Officiò 9. Lectionum, ibi hodie post laudes Diei, dicto Versu: *Benedicamus &c.* dic: in Choro unum Nocturnum (hodiernæ Feriæ cor- respondens) *Officij Defunctorum*, u- nà cum *Laudibus* eorundem Defun- ctorum; circa *Missas* verò, quæ tam intra, quam extra Ecclesias *Cathe- drales*, & *Collegiatis* dicuntur, obser- vanda sunt ea, quæ supra Die 2. & 5. Octobr. ante finem sunt annotata. At verò

In Societate JESU (nisi ho- die occurrat fieri de Dominica, aut alicubi, vel aliquando de Festo 9. Lectionum) fit hodie sub Ritu Semi- dupl. *Officium & Missa* de Die 2. in- fra Octavam S. Francisci Borgiæ Confess. dicendo Omnia, uti in Fe- sto, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturno dic: de Scriptura occur- rente, nisi ponendum sit Initium 2.

licujus libri S. Scripturæ nondum positum. In II. Nocturn. Sermo S. Joann. Chrysofomi: *Beati Fran- cisci Dies*, ut in II. Nocturn. de Com- muni Confess. non Pontif. 1. hodi. In III. Nocturn. *Perfectus ille est*, uti notantur ad Diem 11. Octo- bris in Proprio Sanctorum Socie- tat. JESU; atque etiam extrane de quintâ infra Octavam Ss. Apostolo- rum Petri & Pauli, 3. Julij.

In *Missâ* Orat. 2. *Concede*. *Ecclesia*, vel pro Pap. prout notantur post Dominicam in Albis. *Vespera* in Societate pariter de Octava (in 2. Vesperis Festi) si nec hodie nec cras faciendum sit de Festo 9. Lectionum.

Quòd si hodie occurrat *Dominica* infra Octavam, *Officium & Missa* fiunt de Dominica, modò hodi- ante finem declaratò. Col. Alb. Si verò duplex aliud Festum, quod non sit 1. aut 2. Classis, occurrat tunc in *Officio*, & *Missâ* illius Festi. Commemoratio de Octava, ac in eadem *Missâ* dic: etiam *Credo*. Ubi autem crastina Dies est prima Dies hujus Mensis non impedita Officiò 9. Lectionum, ibi post *Vesperas* hodiernæ diei dic: *Vesperæ Defunctorum* in Choro.

12. Ubi hodierna dies est prima Dies Mensis Octobr. non impedita Officiò 9. Lectionum, ibi observan- da sunt heri à me superius annota- ta. At verò in Societate JESU (ni-

(nisi occurrat feri de Dominica, vel alicubi, aut aliquando de Festo 9. Lektion.) fit hodie Officium, & Missa (sub Ritu Semiduplici de die 3. infra Octavam S. Francisci Borgiæ. Lect. I. Nocturn. de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus libri S. Scriptur. nondum positum. In II. Nocturn. dic: de Sermonē S. Joann. Chrysof: Ad hanc Beatam referens &c. uti notantur in Proprio Sanctorum Societ. JESU ad diem 12. Octobris, atque etiam in Octavario Romano (ex quo sunt desumptæ) De 3. infra Octavam Confess. non Pontif. fol. 416. &c. In III. Nocturn. Duo sunt ordines, uti notantur ad diem 12. Octobris in Proprio Sanctorum Societ. JESU, atque etiam extant sextâ Die infra Octavam de Apostolorum Petri, & Pauli 4. Julij. Notandum tamen hic est, quod, si ob occurrentem hesternâ de Dominicam, aut Festum aliud 9. Lektionum fieri Officium heri de Octava non potuit, adeoque Lektionen pro II. & III. Nocturno die 2. infra Octavam assignatæ dici adhuc non potuerunt, tunc in II. & III. Nocturn. hodierni Officij de Octava vel ponendæ sint Lektionen illæ, quæ heri dici non potuerunt, ut ibi notantur Die 2. infra Octavam; vel, si his omissis malis dicere eas, quæ Die tertiâ infra Octavam in Proprio, aut Octavario Societ. JESU sunt assignatæ, tunc Lektionibus II.

Nocturni præmittendus sit hic Titulus: Sermo S. Joann. Chrysofomi, non autem iste: De Sermonē S. Joannis Chrysofomi; & Lektionibus III. Nocturni præmittendus sit tunc iste Titulus: Homilia Venerabilis Bedæ, non autem hic: De Homilia venerabilis Bedæ; eò quod nondum de ijs sit lectum, ut in simili notat, ac monet Gavantus in Adnotationibus ad Octavas spectantibus, Octavario Romano præfixis, post Tit. 26. de Lektionibus, ac idipsum etiam præscribitur à Castaldo in Prax. Ceremoniar. l. 3. f. 12. c. 1. n. 10.

In Missa dicuntur hodie in Societ. JESU (si quidem ibi hodie fiat de die infra Octavam) eadem Orationes, quæ heri. Quod si hodie occurrat Dominica infra Octavam, aut Festum 9. Lektionum, tunc procedendum est modò sub finem hesternæ diei à me annotatò.

Ubi hodie factum est de Feria currente, ibi hodiernæ Vesperæ dic: integræ (cum Suffragijs, & Precibus Dominicalibus sub Locò) de S. Eduardo Reg. ac Confess. nisi Is ob occurrentem cras Dominicam sit transferendus. In Hymno Iste Confessor, mutatur 3. Versus. Reliqua ut in I. Vesperis un. Confessoris non Pontif. exceptâ Orat. quæ est propria. Col. Alb. At verò in Societate JESU, si quidem hodie factum fuerit de Octava, & cras non occurrat Dominica, dicuntur Vesperæ

[Tr 3]

speræ

Vesperæ à Capitulo tantum de S. Eduardo, cum Commemoratione Octavæ, ut in 2. ejusdem Vesperis, ac sine Suffragijs, & Precibus Dominicalibus; usque ad Capitulum verò dicuntur de Octava. Col. Alb. Quòd si cras occurrat Dominica, tunc transfertur S. Eduar. & ibi, ubi hodie factum est de Feria, Vesperæ dic: usque ad Capitulum de Sabbato currente, ut in Psalterio, à Capitulo verò de crastina Dominica, ut ibidem ac proprio locò, cum Suffragijs, & Precibus Dominicalibus suis locis. Col. Vir. At verò in Societ. JESU dic: tunc usque ad Capitulum de Octava, ut heri; à Capitulo verò de Dominica, cum Commemoratione Octavæ, sine Suffragijs, & Precibus. Col. Alb.

13. S. EDUARDI Reg. & Confess. Semiduplex, cum Suffragijs, & Precibus Dominicalibus suis locis in Ecclesia universalis. Col. Alb. Si hodie occurrat Dominica, transfertur hodiernum Festum semidupl. in Diem proximam Officiò 9. Lectionum non impeditam: alioqui fit de eo Officium hac Die in hunc modum: In Hymn. Iste Confessor mutatur 3. Versus, Lect. I. Nocturn. de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium Libri S. Scriptur. nondum positum, II. Nocturn: propr. III. Nocturni: Similium &c, de Comuni Confessorum non Pontif. primò locò, Orat. propr. Reliqua ut in Com-

muni unius Confessoris non Pontif.

Missa: Os Justis, &c, 1. de Comuni Confess. non Pontif. cum Gloria, sine Credo in Ecclesia universalis Oratio. 2. Acunctis. 3. Ad libitum. Præfat. Commun. Col. Alb.

In Societate JESU fit hodie in Officio, & Missa Commem. de Octavo suo respectivè locò cum Credo: ubi quidem hodie occurrat Dominica, non dicitur in Missa (dicenda tunc, translato S. Eduardo, una cum Officio in Colore Albo de Dominica tertia Oratio, nisi alicubi simul festum Simplex occurrat. Col. Alb.

Vesperæ, si hodie factum de S. Eduardo, nec cras occurrat Dominica, dic: à Capitulo de Festo Semiduplici sequente S. Callisti Papæ & Martyr. Orat. propr. Cætera ut in primis Vesperis un. Martyr. cum Commemoratione præcedentis, cui in Societ. JESU subjunguntur etiam Commemoratio de Octava S. Francisci Borgiae. Col. Rub. Si autem factum sit hodie de Dominica, integræ hodie Vesperæ dic: de eadem cum Commemoratione sequente (cui in Societate JESU additur Commemorat. de Octava S. Francisci Borg.) Col. Virid. ubi non currat aliqua Octava: at verò in Soc. JESU Col. Alb. Quòd si cras primum occurrat Dominica, tunc hodierna Vesperæ usque ad Capitulum dic: de S. Eduardo, à Capitulo autem de

caestina Dominica, cum Commemoratione præcedent. & (in Soc. JESU) etiam Octavæ. Col. Virid. Ubi non currit Octava, at verò Albus in Soc. propter Octav.

14. S. CALLISTI Pap. & Mart. Semidupl. cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suo locò in Ecclesia universali. Col. Alb. Si hodie occurrat Dominica, transferretur hodiernum Festum Semidupl. in Diem proximam Officiò Lectionum non impeditam: alioquin de eo Officium hac Die sequentem in modum: Lect. I. Noctur. de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium aliquid libri S. Scripturæ nondum positum. II. & III. Nocturni, uti notantur hac die in Propr. Sanctorum. Orat. pariter propria.

Missæ, uti notatur, cum Gloria, sine Credo. Orat. 2. A cunctis. Ad libitum. Præfat. Communis. Eodæ die occurrat Dominica, transferretur S. Callisto in diem proximam non impeditam, fit hodie de illa, uti Pfalterio, ac in Propr. de Tempore. Col. Virid. ubi non currit aliqua Octava: at verò in Soc. JESU. Col. Alb. ob Octavam S. Francisci Borgia, cujus in Officio occurrentis hodie Dominica fit etiam Commemoratio, uti & in Missa, in qua obcurrentem Octavam non dic: 3; Oratio.

Vespera de sequente Festo du-

plici S. Terefiæ Virg. ut in primis Vesperis de communi Virg. exceptò Hymnò, quem proprium habet, uti & propriam Orationem, cui subjungitur Commemoratio præcedentis, seu Festi, seu Dominicæ, in Ecclesia universali, non item ibi, ubi hoc Festum celebratur Ritu duplici 1. aut 2. Classis. In Societ. JESU verò additur dictæ Commemorationi præcedentis (seu Festi, seu Dominicæ) etiam Commemoratio de Octava S. Borgia. Col. Alb. Si cras occurrat Dominica, tunc in Ecclesia universali ante Commemorationem de S. Callisto fit Commemoratio de ea, post Commemorationem verò de S. Callisto fit etiam Commemoratio de Octava in Societ. JESU. Ubi verò S. Terefia est Duplex 1. aut 2. Classis, ibi non nisi sequentis Dominicæ fit Commemoratio, non item Semiduplicis cujuscunque præcedentis, ut paulò ante dictum.

15. S. TERESIE Virg. Dupl. min. Col. Alb. In Officio: Ad Matutinum Hymn. propr. Lect. I. Noctur. De Virginibus &c, ut in Comuni Virg. 1. locò. II. Nocturn. propr. Ad Laudes Hymnus proprius (uti & Oratio) ex I. Vesperis. Reliqua ut in Comuni Virg.

Missæ: Dilexisti &c (extans in quibusdam Missalibus in Ordine) 1. de Comuni Virg. tantum, exceptâ Oration. quæ (non item Correspondens ei Secreta, ac Postcommunio.

munió) eſt propria, dic: autem cum Gloria, ſine Credo, niſi veniat in Dominica: & tunc de hac fit Commemoratio in utriſque Vesperis, Laudibus, ac Miſſa, etiam ibi, ubi S. Tereſia eſt Patrona. Præfat. Commun. Col. Alb.

In Societate JESU fit in Officio, & Miſſa Commemoratio de Octava S. Franciſ. Borgiæ, attamen poſt Commemorationem de Dominica, ſi quæ hodie occurrit.

In II. Vesperis (dicendis inregrè de S. Tereſia, niſi cras alicubi occurrit Feſtum duplex) omnia dic: cum Hymno, & Oratione propria, ut heri in I. Vesperis, excepto Verſu: *Diffuſa eſt Gratia &c.*, qui dic: ut in 2. Vesperis in Comuni Virg. Si cras occurrit Dominica, aut Feſtum Semiduplex (v. g. alicubi S. Galli Abbatis) aut Dies infra Octavam, (uti in Societate JESU) aut Officium B. M. in Sabbato, fit de illis Commemoratio: quæ tamen duæ ultimæ ibi non ſunt, ubi hodiernum Feſtum celebratur Ritu duplici 1. Claſſis. Col. Alb. Quòd ſi craſtina Dies ſit 1. dies hujus Menſis non impedita Officiò 9. Lection. tunc hodie poſt Vesperas diei dic: *Vespera Defunctorum* pro Menſe Octobri, ut ſuprà, in Choro.

16. Ubi hodie fit de Feria occurrente, aut de B. V. in Sabbato, ibi obſervanda ſunt ea, quæ die 3. & 11. hujus: At verò in Societate

JESU, niſi hodie occurrit Feſti Dominica, aut alicubi de Feſto Lectionum, fit hodie Officium, & Miſſa de Die 7. infra Octavam S. Franciſ. Borgiæ ſub Ritu ſemidupl. uti ac 12. hujus, exceptis Lectionibus quæ in I. Nocturn. dic: de Scriptura Feriæ currentis. In II. Nocturno Sermo S. Bernardi Abbatis: *S. Franciſci vita &c.*, uti norantur tum proprio Feſtorum Societat. JESU tum etiam in Octavario Romano de infra Octavam Commun. Conf. non Pontif. fol. 421. &c. In II. Nocturn. Homilia S. Bernardi Abbatis: *Arbitror Verba &c.*, uti tum cit. proprio Sanctorum Societ. JESU tum etiam in Octavario Romano die 7. infra Octavam Commun. Abbatum, à fol. 459.

Quòd ſi hodie occurrit Dominica, aut Feſtum 9. Lectionum, tunc in Societat. JESU procedendum eſt que ad Vesperas, ut ſuprà die 10. & 11. hujus fuit declaratum: & ſiquidem Secreta Miſſæ de S. Borgiæ coincideret alicubi cum Secreta Feſti hodie occurrentis (uti contingit Oeniponti, & Halæ in Tw. &c.) tunc Secreta pro S. Galli Abbatis tunc Secreta pro S. Borgiæ ſumenda eſſet hodie ex Miſſa: *juſtus, in Palma &c.*, quæ eſt 2. de Communi Conf. non Pontif. ac Miſſam de Abbatibus proximè præcedens; eſſe autem in hujusmodi Caſibus, in quibus Secreta poſterior eſt eadem cum

Secreta præcedente, è locò proximè vicino perendam Secretam posteriorem diversam, indicat Gavantus Tom. 1. P. 1. Tit. 7. n. 8. lit. q. are finem: accedit ratio majoris Commoditatis; nolim tamen eum arguere erroris, qui eam acciperet ex Missa I. de Communi Confess.

Vespera hodiernæ (nisi hodie festum fuerit de Festo 9. Lectionum, nec cras occurrat Dominica) dic: in Ecclesia universali de Festo sequente S. Hedwigis viduæ, Quod modo in Ecclesia universali est Semidupl. de Præcepto, habetque propriam Orationem: Reliqua dic: ut in I. Vesperis de Communi, nec Virg. nec Martyr. cum Suffragijs Sancto- rum, & Precibus Dominicalibus suis locis, nisi alicubi currat aliqua Octava, aut nisi alicubi habeat altiorum Ritum. Col. Alb.

Quòd si cras occurrat Dominica, tunc in Ecclesia universali transferretur crastinum Festum Semiduplex; hodiernæ autem Vesperæ usque ad Capitulum dicuntur de Sabbato currente, ut in Psalterio per annum; à Capitulo verò de crastina Dominica, ut ibi, & in Proprio de Tempore cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suis locis. Col. Vir. At verò in Societ. JESU dic: hodiernæ Vesperæ Ritu duplici minore de die Octava S. Francisci Borgiæ, uti in I. Vesperis Festi, cum Commemoratione Festi

]Pars II.]

semiduplicis præcedentis, si quòd hodie alicubi fuit celebratum, aut Dominicæ, si quæ hodie, vel cras occurrat. Col. Alb.

17. S. HEDWIGIS Ducissæ Polon: Vid. Semidupl. Col. Alb. Si occurrat Dominica, transferretur hoc Festum in Ecclesia universali in diem proximam Officiò 9. Lectionum non impediam: alioqui fit de illo hac die sequenti modò: Lect. I. nocturn. de scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus libri S. Scriptur: nondum positum. II. Nocturn. propriæ, uti notantur vel in Ordine, vel inter Festa ad libitum in fine Breviariorum minus recentium. In III. Nocturn. Simile est Regnum Cælorum Thesuro &c, ut in Communi non Virginum. Oratione modò propria. Reliqua, ut in Communi Sanctarum, nec Virg. nec Mart.

MISSA: Cognovi, de Communi nec Virg. nec Martyr. cum Gloria, sine Credo. Orat. 2. Acunctis. 3. Ad libitum. Præfat. Communis. Col. Albus.

In Societate Jesu, translata S. Hedwige in diem proximam non impediam Officiò 9. Lectionum, fit hodie Officium, & Missa de die Octav. S. Franc. Borgiæ, dicendo omnia, uti in Festo, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. sunt de scriptura occurrente. In II. Nocturn. de sermone S. Bernardi

]Uu]

Abba-

Abbatis : *Gaudete in Domino &c.*, prout notantur in Proprio Festorum Soc. Jesu, atque etiam in Octavario Romano (unde sunt desumptæ) ad *Diem Octavam Confess.* non Pontif. Pag. 422. & seqq. In III. Nocturn. de Homilia S. Bernardi Abbat. *Ego enim dixi &c.*, uti rursus notantur in Proprio Festorum Societat. Jesu, atque etiam in Octavario Romano ad diem Octavam Commun. Abbatum, unde sunt desumptæ : notandum tamen hîc est, quod, si heri ob occurrens Festum 9. Lectionum, aut Dominicam, non factum fuit Officium de Octava, adeoque Lectiones diei septimæ infra Octavam alioquin assignatæ, heri non sunt Lectæ, tunc hodie in II. & III. Nocturn. vel legi possint illæ, quæ heri legi non potuerunt, vel si malis dicere hodiernæ diei Octavæ in dicto Proprio, & Octavario assignatas, tunc Lectionibus II. & III. Nocturni non debeas præmittere hunc Titulum : *De Sermone S. Bernardi Abbat.*, ut ibi, sed hunc : *Sermo S. Bernardi Abbat.*, ac si esset initium Sermonis, ob Rationem supra die 12. ex Gavanto allatam. Idem est de Tit. *Homilia* in III. Noct.

Missæ, ut in Festo, cum *Gloria*, & *Credo*, Orat. unica (nisi hodie occurrat Dominica) & Præfat. Commun. *Col. Alb.* Si hodie occurrat Dominica, fit de ea in I. Vesperis, *Laudibus*, & *Missæ* Commemoratio, cum 9. de eadem in *Offic.* *Lectione*, &

ultimò in eadem *Missæ* Evangelio.

Vesperæ hodiernæ dic. sub duplici 2. Class. de seq. Festo S. Lucas Evangel. recitando omnia, ut in I. Vesperis de Comuni Apostolorum, excepta Oratione, quæ est propria : & siquidem cras occurrat Dominica, fit de eadem Commemoratio ; non tamen fit in hodiernis Vesperis Commemoratio Dominica si quæ hodie occurrat. *Col. Rub.*

In SOCIETATE Jesu fit in hodiernis Vesperis de die Octavæ Borgiæ nonnisi Commemoratio, tamen ante Dominicam cras occurrentem. *Col. Rub.*

18. S. Lucas Evangel. de 2. Classis. *Col. Rub.* OFFIC. ut in Comuni Evangel. & Apostolorum ac proprio locò. Si veniat in Dominica, fit de ea Commemoratio in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missæ*, cum 9. de eadem Dominica *Lectione* in *Officio*, & ultim. Evangelio in *Missæ*.

Missæ, uti notatur, cum *Gloria*, & *Credo*. Orat. unica, nisi veniat in Dominica. Præfat. de *Ap.* *Col. Rub.*

Hodie cantari posse votivam solennem de S. Spiritu pro festo Studiorum Gymnasticorum Institutione apud PP. Societatis Jesu in Provincia Germaniæ Superioris nullum est dubium, saltem ubi non

merosior est juvenus Gymnastica :
In ea dic: Gloria, & Credo, at verò
Oratio unica. Præfatio de S. Spiritu,
similibus tamen illis Verbis : *Hodierna*
Die. Col. Rub. Fortè non deerit,
qui putet, locò Missæ Solemnis vo-
cæ etiam in celebrioribus Lyceis
cantandam esse Missam de die, nem-
pe de Feslo occurrente s. Luca ad
eum modum, quò Gerlac. Vinitor
in Compend : Sac. Ritu. P. 1. Tit.
4. in Annotationibus cantandam es-
sè contendit de die currente in Do-
minicis & Feslis in *Susceptione Ha-*
eresis Religiosæ, aut Professione solemnium
votivorum &c., addendo Orationi Missæ
de Officio diei currentis Orationem
de S. Spiritu, & ambas sub unâ ea-
demque conclusione dicendo, uti
se juxta Rubricam Pontificalis Ro-
mani in Ordinationibus generali-
bus, consecratione Episcopi, Bene-
dictione Abbatum &c. Vide di-
cenda P. III. Tit. 7. *De Miss. votiv.*

Vesperæ de S. Luca, cum Com-
memoratione S. Petri de Alcantara
Confess. Antiph. & Vers. de Com-
muni Confess. Orat. propr. *Col. Rub.*

Ubi S. Lucas celebratur cum
Octava, Lect. II. & III. Nocturn.
In Octavam dic. uti notantur in
Octav. Romano à fol. 193. & 208.

19. S. PETRI DE ALCANTARA
Confess. in Ecclesia universali du-
plex minus. *Col. Alb.* In Officio
Hymnus : *Iste Confessor*, dicitur cum
mutatione 3. Versus, Lect. I, Noctur.

de Scriptura occurrente. II. prop. III.
Nolite timere &c., ut in *Communi Con-*
fess. tantum. Si hodie occurrat *Do-*
minica, fit de ea Commemoratio in
utrisque Vesperis, Laudibus, ac
Missæ, cum 9. de eadem Dominica
Lectio in *Officio*, & ult. Evang. in
Missæ.

MISSA : *Justus, ut Palma &c.*
[extans in quibusdam Missalibus in
Ordine) 2. de Communi Confess.
non Pontif. exceptâ Epistolâ : *Fratres,*
quæ mihi fuerunt lucra &c., quæ extat
in fine ejusdem Missæ. Dic: in ea
Gloria, sine *Credo*, nisi ubi est Patro-
nus, aut nisi veniat in Dominica.
Orat. unica, nisi occurrat Domini-
ca. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

VESPERÆ in Ecclesia universali in-
tegræ dic: de S. Petro de Alcantara :
at verò in Societat. Jesu, nisi cras
occurrat Dominica, aut aliquando,
vel alicubi faciendum fit de Feslo a-
lio 9. Lectio, seu *occurrente*, seu
translato, fit in hodiernis Vesperis
(post Commemorationem de Do-
minica, si quæ hodie occurrat) Com-
memoratio de S. Hedwige vid. ha-
bente nunc *Ritum Semidupl. de Pre-*
cepto, & fuit 17. hujus, quâ in Socie-
tate Jesu fit (ubi S. Hedwigis non
habet altiorem Ritum, de *Die Octava*
S. Francisci Borgiae, ut ibi. Quòd
si cras occurrat feri de B. MARIA in
Sabbato, etiam hujus fit Comemora-
tio in hodiernis Vesperis, nisi ubi
S. Petrus de Alcantara est dupl. pri-
ma

[Uu 2]

ma

mae Classis. Col. Alb. Si craftina dies sit 1. dies hujus Mensis non impedita Officiò 9. Lctionum, hodie post Vesperas diei dic: pro Mente *Vespera Defunctorum* in Choro.

20. Nisi hodie occurrat fieri de *Dominica*, aut alicubi, vel aliquando de *Festo 9. Lctionum*, fit in Ecclesia universali hodie de Feria currente, vel, si Sabbatum, de B. V. in Sabbato, & siquidem fit 1. Dies hujus Mensis non impedita Officiò 9. Lctionum, aut hodie occurrat *Feria secunda*, observanda sunt ea, quæ supra die 3. & 11. hujus. At verò in Societate Jesu, nisi hodie occurrat *Dominica*, aut faciendum sit alicubi, aut aliquando de *Festo alio 9. Lctionum*, fit hodie Officium & *Missâ Ritu Semiduplici* superiùs die 17. Octobr. descriptò de S. Hedwige Vid. eò quòd ob *Diem Octavam S. Francisci Borgiæ* stabiliter cadentem in diem 17. Octobris (quâ alioqui occurrit *Festum S. Hedwigis*) hujus sanctæ *Festum* in Societate quotannis necesse habeat transferri: & olim quidem, cum S. Hedwigis erat etiamnum *Festum Semiduplex* solummodo *ad libitum*, hæc erat *Dies fixa*, quâ per speciale indulgum Sedis Apostolicæ quibusdam Societatis Provincijs ad Assistentiam Germaniæ pertinentibus licebat sub *Ritu Semiduplici ad libitum Officium*, & *Missam* dicere de S. Hedwige Vidua, nisi in diem hodiernam inci-

deret *Dominica*, idque non obstantem Decreto S. R. C. aliquor annis ante edito nempe 1682. 24. Januarii de non transferendis *Festis ad libitum* etiam *duplicibus*, incidentibus alicubi in aliquam *Octavam*; Sede tunc Apostolica privilegium hoc, ut opinor, ea de causa tunc concedente dictis Provincijs, nè statim illo Decreto Generali, perpetuo cogerentur Provincie illæ Septentrionales carere solatio eximiam suam Patronam *Officiò*, & *Missâ* ejus honorem dictis, venerandis, cum modò (nempe ab anno 1700. *Festum S. Hedwigis* è *Festo ad libitum* evaserit *Festum de precepto*, adeoque cesset ratio, ob quam respectu eorum Provinciarum S. J. à Sede Apostolica assignata fuerat stabiliter hodierna Dies (nempe Dies 20. Octobris) pro ejus celebratione, paulò antè adducta, ideo etiam modò desinit hujus Festi in dictis Provincijs à die 17. in diem aliam non impeditam translatio esse amplius, ac proinde in Casu, quò simul antè rursus Semidup. (v. g. Callist.) festum celebrari impeditum, ultra diem 16. Octobr. transferri debet ob occurrat alicubi die 16. Octobr. *Festum alio Semiduplex Locale*, tunc etiam in ejusmodi Provincijs Die 20. Octobris (nisi sit impedita *Festo alio* occurrente) faciendum est de *Semiduplici* translato antiquiore (nempe

de s. Callisto in dicto Casu) seu
 occurren-
 te, Festum autem se-
 miduplex S. Hedwigis, modò etiam
 in Soc. ulterius tunc transferendum,
 rescriptum ad me Româ 1711.
 cum enim nunc sit de Præcepto,
 modò etiam in tota Societate
 ad Diem suam, scilicet 17. Octobr.
 que si sit impedita (uti in Soc. est
 impedita, nisi S. Hedwigis alicubi
 primæ, aut secundæ Classis) eò
 modo ac ordine est transferendum,
 quò alia Festa Semiduplexia ex Ru-
 bricis Præscripto in universali
 Ecclesia transferuntur servato ordine
 antiquitatis, & Rubricâ de trans-
 lan. Festorum n. 5. ac 7.

In Ecclesia universali (nisi
 occurrat hodie, vel cras fieri de Do-
 minica, aut Festo translato 9. Le-
 ctionum) dic: Vesperæ hodiernæ
 usque ad Capitulum de Feria cur-
 rente, ut in Plalterio; à Capitulo ve-
 nit de S. Hilarione Abbate ut in 1.
 Vesperis de Comuni Confess. non
 dicit. Orat. *Intercessio nos &c.* de
 eodem Comuni, & sit Comme-
 moratio Ss. URSULÆ, & Soc Virg. ac
 M. ut ibi cum *Suffragijs* Sanctorum,
 & *precibus* Dominicalibus suis locis.
 Col. Alb. Quòd si crastina Dies sit 1.
 Dies Mensis non impedita Officiò 9.
 Lectio, tunc hodie post Vesperæ
 diei dic: *Vespera Defunctorum*, &
 cras unum *Nocturnum* (Feriæ cur-
 renti correspondens) unà cum Lau-
 dibus Officij *Defunctorum*: quod idem

observandum unà cum *annotatis*
 supra Initiò hujus Diei, si aliqua se-
 quentium Dierum, aut Feriarum
 hujus Mensis sit prima Dies Mensis
 similiter non impedita, vel incidat
 in Feriam II. aut in Sabbatum.

Ubi (uti in pluribus Germaniæ
 Locis) celebratur cras Festum S.
 Ursulæ sub *Ritu Duplici*, ibi hodiernæ
Vesperæ integræ dic: ut in Commu-
 ni un. Virg. Martyr: exceptis Ver-
 su: *Adducentur Regi &c.*, Antiphonâ
 ad *Magnificat: Prudentes Virgines &c.*
 & Orat. *Da nobis, quesumus Domine*
&c., quæ dicuntur, uti notantur,
 in eodem Comuni Virginum pro
 pluribus Virginibus, ac Martyribus
 immediatè ante Matutinum, sed in
 Oratione Vocabulo *Martyrum* ad-
 dendum est: *Tuarum*, ac vocabulo
Ursula addendum: *Et Sociarum ejus*,
 ut constat ex Missa S. Hilarionis,
 cujus in hodiernis Vesperis fit non-
 nisi Commemoratio in ijs Locis, in
 quibus Festum S. Ursulæ celebratur
 cras *Ritu Duplici minore*: in ijs autem,
 in quibus tanquam *Patrona* celebra-
 tur *Ritu duplici 1. Classis*, ibi nec ho-
 die, nec cras fit aliquid in *Officio*,
 aut *Missâ* de S. Hilarione: uti nec de
 Dominica, hodie occurrente in ho-
 diernis Vesperis, bene tamen de
 Dominica cras occurrente, in ejus
 modi loco. Col. Rub.

21. S. HILARIONIS Abbat.
 Festum Simplex, seu trium *Lectio*
 in Ecclesia universali, cum Com-
 me-
 moratio

[Uu 3]

me-

mem: Ss. Ursulae, & Soc: nec non Suffr: Sancto: ac Precib: Dominical: suis locis. *Col. Alb.* Nisi hodie occurrat fieri de *B. M. in Sabbato*, vel de *Dominica*, vel de *Festo* 9. *Lectio*num, vel denique alicubi de Die *infra Octavam*, fit hodie *Officium*, & *Missæ* in Ecclesia universalis Ritu *Simplici* de S. Hilarione Abbate. Ad *Matutinum* Invitatorium & Hymn. de Communi Confess. non Pontif. Antiphonæ, & 12. Psalmi feriales. *Lectio* 1. de Scriptura occurrente. *Secunda* & *tertia* propriæ. In *Laudibus*, & deinceps omnia, ut in Communi Confess. non Pontif. usque ad *Nonam* inclusivè. In iisdem *Laudibus* fit *Commemoratio* Ss. Ursulae, & Sociar. uti in primis *Vesperis*. Reliqua omnia eò proportionaliter modò dicuntur, ac sunt, quò supra Die 1. *Septembris*, ac 7. *Octobris*, cum alijs ibidem annoratis.

MISSA: *Os Justis &c.* (extrans in aliquibus *Missalibus* in *Ordine*) de Communi *Abbat.* cum *Gloria*, sine *Credo*. *Orat.* 2. de Ss. Ursula, & Sociab. ut ibi, vel in Communi plur. *Virg. MM.* ante *Missam*: *Dilexisti &c.* 3. *A Cunctis*, nisi ratione *Mensis*, aut *Feriae* II. 2. locò dicendum fit *Fidelium*, & 3. primùm facienda *Commemoratio* de Ss. Ursula, & Soc. *Praefat.* *Communis. Col. Alb.* Porro

Si incidat hoc *Festum Simplex* in *Feriam II.* vel in *Sabbatum*,

vel in *Dominicam*, vel *Diem infra Octavam*, vel sit simul 1. *Dies Mensis* non impedita *Officiò* 9. *Lectio*num, observanda sunt ea, quæ supra 9. & 7. hujus &c.

Ubi autem fit hodie *Ritus* *Simplici* de Ss. Ursula, & Sociab. *Officium* dicitur, ut in *Communibus*. *Virg. Martyr.* Exceptis *Lectio*nibus (quæ dic: uti in propriis Ecclesiae, aut Diocesis notantur) necnon *Antiphonâ* ad *Benedictus*, ac *Versu*, & *Oratione*, quæ dic: ut supra in primis *Vesperis*, commemoratio S. Hilarionis & Sociar. fit in *Officio*, & *Missæ*, nisi ubi festum S. Ursulae celebratur *Ritu* *Simplici* 1. *Classis*; ibi enim nihil fit de *Simplici* hodie occurrente in *Officio* aut *Missæ*. Si verò alicubi fit *Complex* 2. *Classis*, nulla quidem fit *Commemoratio* de *Simplici* in *L. Vesperis*, bene tamen in hodiernis *Laudibus*, ac *Missis* *privatis*, non item in *Missæ* *plenni. Col. Rub.*

MISSA: *Loquebar &c.* de Communi *Virg. & Martyr.* excepta primâ *Oratione*, quæ dic: uti notatur in *Missæ* S. Hilarionis, & in *Communibus* plur. *Virg. Martyr.* ante *Missam*: *Dilexisti*, excepta item *Epitheta*, quæ sumitur ex *Missæ*: *Vultum meum*, & incipit: *Da Virginitus Praeceptum &c.* Nisi celebretur *Ritu* *Simplici* 1. *Classis*, fit de S. Hilarione *Abbate* *Commemoratio*, ut supra *Dic: Gloria*, & ibi, ubi habetur vel supra

gri de his Sanctis Reliquia, vel est
Patrona Ecclesie, aut Loci, vel occurrit
in Dominica, etiam Credo. Præfat.
Commun. Col. Rub.

VESPERÆ (nisi hodie, aut
cras occurrat fieri de Dominica, aut
infra 9. Lektionum, vel de S. Maria in
Vebate) dic: hodie in Ecclesia uni-
versali de Feria currente. Col. Virid.
Ubi autem hodie fit de Ss. Ursula, &
Soc. aut cras de S. Cordula Virg. &
Martyr. ibi ordinantur respectivè
hodiernæ Vesperæ, ut in Proprio e-
iusmodi Ecclesie, ac Communi Virg.
& Mart.

Non omittendum est hoc lo-
coid, quod Gavant. Tom. 2. l. 7. c.
12. Die 21. Octobr. haber, ubi ait:
Sicut alicujus ex his Virginibus (qua-
rum nempe in hodierno Officio in
Ecclesia universali fit Commemora-
tio) adsit alicubi Caput, aut insi-
gnis reliquia, ignoretur autem ejus
justæ Nomen, faciendum esse de
eius Officium Ritu duplici, sumpta Ora-
tione de Communi in singulari, ta-
cto illius Nomine (quod fit in S.
Catho, ac alijs) cum Commemo-
ratione S. Hilarionis, & Ss. Ursulæ,
ac Jaciarum ejus, nisi aliud à Ma-
joribus concedatur, aut legitimè
prescribatur.

22. Hodie OFFICIUM, & MIS-
sa sunt. in Ecclesia universali, ut
supra 20. hujus, cum alijs ibi anno-
tatis.

23. OMNIA ad Normam Diei

hesternæ, in Ecclesia universali; ad
verò in locis, quibus id concessum.
dicuntur hodiernæ Vesperæ de S.
Raphaële Archangelo sub Ritu du-
plici minore, uti in Calce plurium
Breviariorum Die 24. Octobris in-
ter Festa quorundam locorum parti-
cularium notantur, cum Commemo-
ratione Dominicæ hodie, vel cras
occurrentis. Col. Alb.

24. OMNIA pariter ad Nor-
mam Diei 20. hujus in Ecclesia uni-
versali: ubi autem hac Die ex In-
dulto Apostolico celebratur Festum
S. Raphaëlis Archangeli sub Ritu du-
plici minore (quale Indultum ha-
beri dicunt pro omnibus utriusque
sexus Fidelibus Regnorum Hispa-
niarum, aliorumque Regnorum,
Ditionum, Provinciarum, Domini-
orum Regi Catholico Subditorum,
qui ad Horas canonicas tenentur,
uti dicitur in Supplemento Breviarij
annò 1711. Venetijs impressi) ibi Offic.
& Miss. hujus Diei ordinantur prout
notantur in Propr. loco, aut ad Calcè
Breviar. & Missal. Romani hac Die,
cum Commemoratione Dominicæ
(si quæ occurrat) in Officio, & Mis-
sa, necnon de eadem Dominica in il-
lo 9. Lektionem, ac ultimò in hac
Evangelio. In II. Vesperis fit in
loco, in quo S. Raphaël non est du-
plex primæ Classis, sed duplex in-
ferioris Classis, Commemoratio Ss.
Chrysanthi, & Darie MM. Cui in-
super præmittitur Commemoratio
de

de S. MARIA in Sabbato, si cras occurrat Sabbatum non impeditum Officiò 9. Lectionum, aut *Dominica*, si cras occurrat fieri de *Dominica*. Col. Alb.

In *Ecclesia* autem *universali* (nisi cras occurrat *Sabbatum*, aut *Dominica*, vel alicubi *Dies infra Octavam*, vel aliud *Festum* 9. Lectionum) dic: hodiernæ *Vesperæ* usque ad *Capitulum* de *Feria* currente, à *Capitulo* verò de Ss. *Chrysantho*, & *Daria* MM. sub *Ritu Simplicis*, ac cum *Suffragijs* *Sanctorum*, & *Precibus* *Dominicalibus* suis locis. *Oratio* propria. Col. Rub.

In *Regno* *Neapolitano* fit cras *Officium*, & *Missæ* sub *Ritu duplici* de Ss. *Gavino*, *Proto*, & *Januario* MM. cum *Commemoratione* Ss. *Chrysanthi* & *Dariæ* in primis *Vesperis*, *Laudibus*, & *Missæ*, nec non cum *nona* de *iisdem* *Lectio*ne (nisi hæc sit *dicenda* de *occurrente* *Dominica*) in *Officio*; quod dicitur, ut in *Communi* plurimorum MM. exceptis *Oratione* propria, & *Lectio*nibus, quæ in *I. Nocturno* dicuntur de *Scriptura* currentis *Diei*: in *II. Nocturno*, prout notantur in proprio loco ad calcem quorundam *Breviariorum*: in *III. Nocturno*: *Cum audieritis prælia*, de eodem *Communi*. Col. Rub.

25. Ss. *CHRYSANTHI* & *DARIÆ* MM. *Festum Simplex*, seu 3. *Lectio*nium. Col. Rub. Nisi hodie occur-

rat fieri de *B. M.* in *Sabbato*, vel de *Dominica*, vel de *Festo* 9. *Lectio*nium, aut *Die* *infra Octavam*, fit hodie *Offic.* & *Missæ* *Ritu* *simplici*, cum *Suffragijs* *Sanctorum*, & *Precibus* *Dominicalibus* suis locis. Ss. *Chrysantho*, & *Daria*. *Matutinum* *Invitatorium*, & *Hymnicum*: de *Communi* plur. MM. *Antiphonæ*, & *Psalmi* 12. de *Feria* currente, ut in *Psalterio*. *Primæ* *Lectio* de *Scriptura* *occurrente*, *secunda* & *tertia* *proprie*: *Reliquæ* *omnes* *eò* *proportionaliter* *modò* *dicuntur*, quò *suprà* 5. *hujus* in *Festibus* *Placidi*, & *Socior.* cum alijs *ibidem* *annotatis*.

Missæ, uti notatur, cum *Antiphona*, sine *Credo*. *Orat.* 2. *A crucis*, & *Ad libitum*, nisi *ratione* *Memoriae* aut *Feriæ* *II.* 2. *locò* *dicendum* de *Fidelium*, & 3. *A cunctis* & *Præ* *Communi*. Col. Rub.

Si incidat hoc *Festum* in *Sabbatum* II. vel in *Sabbatum*, vel in *Dominicam*, vel in *Diem* *infra Octavam*, vel sit *simul* *prima* *Dies* *Memoriae* non *impedita* *Officiò* 9. *Lectio*nibus observanda sunt ea, quæ *suprà* *simili* 5. & 7. *Octob.* nec non 22. *Septembris*.

Vesperæ (nisi hodie, vel cum occurrat fieri de *Dominica*, aut de *Festo* 9. *Lectio*nium, vel cras de *Vigilia* Ss. *Simonis* & *Judæ* *anticipato*) dicuntur usque ad *Capitulum* de *Feria* currente, à *Capitulo* autem de *S. Evangelistæ* *Pap.* ac *Martyr.* ut in primis *Vesperis*.

feris un. Martyr. Oratio : *Infirmis*, ut in eodem Communi un. Martyr. cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suis locis. *Col. Rub.*

Quòd si, ob occurrentem in Dominica *Vigiliam Ss. Simonis, & Jude Apostolorum*, crastinò Sabbatò anticipatò sit faciendum de prædicta *Vigilia*, tunc hodiernæ Vesperæ integræ dici debent de hodierna Feria currente, ut in Psalterio; de S. Evaristo autem tunc fieri in ijs solummodo Commemoratio juxta Rubricam Gen. XI. n. 10. eique subjungitur Commemoratio de Cruce, & Suffragia Sanctorum cum Precibus Dominicalibus ad Completor. *Col. Virid.*

26. S. EVARISTI PAP. & MART. *Simplex. Col. Rub.* Nisi hodie occurrat fieri anticipatò de *Vigilia Ss. Simonis, & Jude Apostolorum*, vel *Feria 9. Lectionum*, aut die infra Octavam, sit hodie Officium, & (Missa simplici Ritu cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suis locis) de S. Evaristo Pap. ac Martyr. Ad *Matutinum* Invitatorium & Hymn. dic. ut in Communi unius Martyr. Antiphonæ, & Psalmi de Feria currenti, ut in Psalterio. Lect. 1. & 2. de Scriptura occurrente. tertia propria. Reliqua omnia eò proportionaliter modò dic. ac fiunt, quòd supra 22. Septembris in Festo S. Mauritij, ubi id Ritus [Pars II.]

tu simplici celebratur, cum alijs ibid. annotatis.

MISSA : *Statuit*, 1. de Communi unius Martyr. Pontif cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum, nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. in Missis privatis dicendum 2. locò sit *Fidelium*, & 3. *A cunctis*. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Si incidat hoc Festum in Feriam II. vel in Dominicam, vel in Diem infra Octavam, vel sit simul 1. Dies Mensis non impedita Officiò 9. Lection: observanda sunt ea, quæ supra 5. Octobris & 22. Septembris.

Quòd si incidat hoc Festum in Sabbatum, tunc ob occurrentem cras Dominicam *Officium & Jejunium Vigiliæ Ss. Apostolorum Simonis & Jude* anticipatur ad diem hodiernam 26. Octobr. (non tamen anticipatur propterea à die consueto Annuntiatio *Vigiliæ* in Martyrologio) ac proinde Officiam & Missa dic. tunc hodie de *Vigilia*; & *Officium* quidem sit *feriale* de Sabbato currente, ut in Psalterio. Lektionen tres de Homil. *Vigiliæ*, uti notantur 27. Octobris: cum Benedictione 1. *Evangelica Lectio &c.* 2. *Divinum auxilium*. 3. *Ad Societatem &c.* Responsorio de Feria currente, nisi sint primò ponenda nondum primò posita. In laudibus dicuntur post dictam sub finem Cantici *Benedictus* Antiphonam de Feria currente ut [Xx] in

In Pfalterio, *Preces seriales*, in fine laudum Ferie II. in eod. Pfalt. positæ, & quidem flexis ab Hebdomatario genibus usque ad Versum: *Dominus vobiscum &c.*, ante 1. Orationem; à Circumstantibus autem usque ad Versum: *Benedicamus Domino &c.* post ultimam Orationem. In iisdem *Laudibus* post Orationem diei, seu *Vigilia* (positam in Proprio Sanctorum 27. Octobr.) fit Commemoratio de S. Evaristo (sine Lctione) postea de Cruce, cui subjunguntur Suffragia Sanctorum. Ad Horas pariter dicuntur *Preces seriales*, ibi ad finem Tertiæ in Pfalterio positæ, flexis eodem, quò in laudibus modò, genibus. Col. Viol.

Missæ tunc pariter est (ut dixi) de *Vigilia Ss. Simonis & Judæ*, sine *Gloria & Cred.* Orat. 2. de S. Evaristo Pap. & Martyr. 3. *Concede*, nisi ratione Mensis in *Missis privatis* dicendum 2. locò sit *Fidelium*, & 3. Commemoratio de S. Evaristo. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joann. In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus & Collegiatis* tunc observanda sunt ea, quæ Rubrica gener. V. *Missalis n. 1.* præscribit de dicendis 2. *Missis Conv.*

Vesperæ: Si hodie factum sit de S. Evaristo, dic: integræ de Ferie currente, cum Oratione Dominicæ præcedent: Commemoratio de Cruce, & Suffragijs Sanctorum in *Vesperis*, ac

Precibus Dominicalibus ad Completor. Col. Virid.

Si autem hodie factum sit de *Vigilia*, *Vesperæ* usque ad Completorium dic: de Sabbato currente, in Pfalterio per annum: à Capitulum, de Dominica cras occurr. tunc ac propr. loc. cum Suffragijs Sanctorum, & *Precibus Dominicalibus* suis respectivè locis. Col. Virid.

27. *Vigilia Ss. Simonis & Judæ*. Ritus simplex. Col. Virid.

Quando Festum Ss. Simonis & Judæ incidit in Feriam II. non ob occurrentem hodie Dominica non fit hodie de *Vigilia*, sed ejus *Officium*, & *Missæ*, tunc unà cum *Officio de Præcepto* anticipantur ad Sabbatum antecedens, seu diem præcedentem modò heri declarato; non tamen tunc perinde etiam anticipantur ad suo consueto Annuntiatio *Vigilia* in Martyrologio, sed fit eò die aliàs, ut supra ex Gavanto constat.

Quando autem hodie non occurrit Dominica, nec alicubi aliquando fieri debet de *Festis* quod *Officium* (v. g. *translato*) nec *Officium* infra *Octavam*, nec de *Die Octavæ* cubi occurrente, tunc hodie in *Officio* simplici de *Vigilia*, & *Officium* eodem fit *seriale* de Ferie currente, in Pfalterio, exceptis *Lctionibus*, & Oratione, quæ dic: uti notantur in proprio loco. *Responsoria* autem post

post Lectiones sumuntur ex Proprio de Tempore de Feria currente, nisi hoc illorum ponenda sint alia non dum primò posita. Ad *Laudes*, & omnes *Horas* dic: Preces feriales in Placeterio posite, flexis (in Choro saltem) genibus, uti heri exposuimus. In iisdem *Laudibus* fit Commemoratio ferialis de cruce, & dic: Suffragia Sanctorum.

Missæ, uti notatur in Proprio Sanctorum, sine *Gloria* & *Credo*. Orat. 2. *Concede*. 3. *Ecclesie*, vel pro pop. nisi ratione Mensis, aut Feriæ illius seu penultimò locò dicenda sit Oratio *Fidelium*. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*. Col. Viol. Quòd si hæc *Vigilia* sit dies prima hujus Mensis non impedita Officio duplici vel Semiduplici, tunc juxta Rubricam general. V. *Missal*. numerò primò, parte 2. dicuntur in Ecclesijs Cathedralibus duæ *Missæ* conventuales, una pro *Defunctis* (quotidiana) *Interdictibus*, *Benefactoribus* & alijs; altera de *Vigilia* cum oratione 2. *Concede* 3. *Ecclesie*, vel pro *Pap.* & cæteris, ut paulò ante: in Ecclesijs autem nec Cathedralibus, nec Collegiatis dicitur tunc *Missæ* de *Vigilia*, cum Commemoratione generaliter pro *Defunctis*, per Orationem *Fidelium* (penultimò locò dicendam) faciendam: & simili modo in tali Casu dicendæ sunt etiã *Missæ* priv. Quòd si verò hæc *Vigilia* incidat in Feriam II. & de ea fiat Officium, tunc non

tantum *Missæ* privatae, sed etiam principalis juxta eandem Rubricam V. *Missal*. n. 2. parte secundâ dicitur de *Vigilia*, attamen cum Commemoratione pro *Defunctis*, dicendo 2. seu penultimò locò orat. *Fidelium*. Vide dicta 23. Junij ante finem de *Vigilia* Nativit. S. Joann. Baptr.

Si aliquando, aut alicubi occurrat hodie fieri de Festo 9. *Lectionum*, tunc in *Laudibus*, & *Missæ* illius Festi fit hodie Commemoratio *Vigilia*, cum 9. de eadem in Officio *Lectio*ne, & ultimo *Evangelio* in *Missis* privatis. In *Ecclesijs* autem Cathedralibus, & Collegiatis dic: tunc duæ *Missæ* *Conventuales*, una de Festo post *Tertiam*, alia de *Vigilia* post *Nonam*, & in utraq; dic: in fine *Evangel.* S. Joannis. In priore non fit Commemoratio *Vigilia*, nec in posteriore Commemoratio *Festi*. Quòd si in Officio facta fuerit quædam Commemoratio de *Simplici*, aut de die infra *Octavam*, fiet de his etiam Commemoratio in *Missæ* conventuali de Festo, sed non in *Missæ* conventuali illa, quæ dic: de *Vigilia*. Unde si Festum 9. *Lectionum* in *Vigilia* Ss. Simonis, & Judæ occurrens fit *Semiduplex*, in *Missæ* *Festi* conventuali. (si simul *Simpl.* non occurrat) 2. O-ratio erit à cunctis. 3. Ad libitum; in *Missæ* autem conventuali de *Vigilia* 2. O-ratio erit *Concede*. 3. *Ecclesie*, vel pro *Pap.*, sine *Commemor.* *Festi*, seu sit

duplex, seu Semiduplex; Missæ verò privatæ in eo Casu dicentur de Festo illo Semiduplici, cum Commemoratione Vigilæ, & 3. Oratione *A cunctis*. Secus esset, si die, quâ celebratur Festum Semiduplex incidens in Vigiliam, simul occurreret alicubi *Dies infra Octavam*; tunc enim in Missa Conventuali de Festo Semiduplici secunda oratio dicenda esset de *Octava* 3. *Concede*. Si denique hodie alicubi occurrat *Dies infra Octavam* sine Festo 9. Lectionum, tunc etiam in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis non nisi una dic: Missa conventualis, nempe de Vigilia, cum Commemoratione Octavæ, & 3. Orat. *Concede*, ac ultimo Evangel. S. Joann. adeoque Missa in tali Casu discordabit ab Officio per *Rubricam Gen. Miss. Tit. III. n. 2.* & Gavant. *ibid.*

Eos, quibus alioquin à Sede Apostolica concessum est dicere semel aut pluries singulis Hebdomadibus, aut Mensibus *Officium*, & *Missam* de certo aliquo Mysterio, aut Sancto (v. g. de Sanctissimo Sacramento, aut sui Ordinis Patrono) diebus Festo aliquo duplici vel semiduplici non impeditis, non posse id facere vi hujus sui indulti seu Privilegij, in Vigil. constat ex Decr. S. R. C. suprâ 23. Februar. occasione Vigilæ S. Matthiæ allegatò.

Vesperæ de sequenti Festo, ùt in primis *Vesperis* Apostolorum, ex-

cepta Oratione propria, & non Commemoratio præcedentis *Festi Semiduplicis*, neque *Dominicæ*, si eadem die occurrat; bene tamen *Dominicæ* *subsequentis* etiam ibi, ubi cras est *festum Patrocinij*; Festi autem *hodie* alicubi, vel aliquando hodie celebrati, fit quidem in hodiernis *Vesperis* Commemoratio, ubi cras tantum 2. *Classis*: ubi autem Festum cras occurrens est 1. *Classis*, ibi tamen Festi duplicis minoris præcedentis fit Commemoratio, bene tamen dixi, *Dominicæ* cras occurrere *Col. Rub.*

28. Ss. Simonis, & Judæ Apostolorum. Duplex 2. *Classis* in Ecclesia universali. *Col. Rub.* in Officio omnia dic, uti notantur in Communi Apostolorum excepta Oratione, & Lectionibus trium *Nocturnorum*, quæ dic: uti notantur in Proprio Sanctorum cum 9. Lectionibus de Homilia *Dominicæ*, & Commemoratur. ejusdem in *Laudibus*, sequitur

Missæ, uti notatur in Proprio Sanctorum, cum *Gloria, Credo*, & Commemoratione *Dominicæ*, si quæ hodie occurrat (etiam ibi, ubi hodie est *Patrocinium*) non tamen *Dies infra Octavam*, si alicubi currat *Octava*, v. g. *Dedicationis* propriæ Ecclesiæ. *Præfat. de Apostolis*. In fine Evangel. *Dominicæ*, si quæ hodie occurrat, etiam ibi, ubi hodie est *Patrocinium*

Patrocinij. Col. Rub. Ubi Ss. Simon, & Judas dividuntur (eod. modo alter illorum fit Titularis Ecclesie) ibi juxta Rubricam post Tabulam occurrentiam locò penultimò in Brevariario descriptam, ac declarantur à Gavant. Tom. 2. Sect. 3. C. 10. 11. fit hodie in Ecclesia illa tantum de Patrono, seu Titulari (& eodem Ritu duplici 1. Class.) de Socio autem nihil ibi fit hodie, sed transferuntur is ibi in proximam diem non impeditam Festò 9. Lektionum, celebrandus tunc tamen (tanquam unum ex Majoribus Festis) *Classis* 2. Classis, ut in proprio die, juxta cit. Rubric. tunc autem in Officio de S. Simone Lektionen I. Nocturni sumendæ sunt de Communi Apostolorum, illæ verò, quæ à Brevariario Romano assignantur in I. Nocturno de *Initio Epistola S. Judæ*, hujus Officio sunt reservandæ; eò quod ipse fit Auctor ejus Epistolæ, ut notat Gavant. Tom. 2. Sect. 5. C. 11. 15. & S. 7. C. 12. ad Diem 28. Octobris. In II. autem Nocturno, quia Lectio quarta dividenda non potest, ea legatur in Festo Titularis, & postea iterum in Officio alterius *translati*, sicut etiam Evangelium cum Homilia in III. Nocturno, verò Lectio quinta, & sexta variari possunt, & desumi ex Communi Apostolorum, dicendo in Officio primus illas, quæ ibi habentur 1. locò in II. Nocturno (nempe: *Sermo*

S. Gregorij Pap. Scriptum est &c; &c: *Quod ergo &c.*) In Officio verò alterius eas; quæ ibidem extant 2. locò, nempe post Vesperas II. Apostolorum, & incipiunt: *De Expositione S. Augustini &c: Fundamenta ejus &c.* &c: *Si duodecim &c.* Oratio verò sic potest variari, ut in Officiò unius dicatur illa Oratio (sed in numero singulari) quæ alioquin in numero plurali utrique in hoc Festo est Communis, in Officiò verò alterius dicatur Oratio Vigiliæ, at pariter in numero singulari, & mutato Verbo: *Prævenimus in celebramus*, Verbo autem *præveniant* in Verbum *Imploret*. Gavant. loc. proxim. cit. & ex eo Arnaud: *hic: Quorum Prior tamen addit: Sed in his Casibus consule S. R. C. ut aliquid proprium concedat.*

Infra Octavam autem, ubi vel ambo, vel alteruter illorum celebratur cum Octava, in II. Nocturn. dicuntur Lektionen, uti norantur in Octavario Roman. in Octava Communi Apostolorum à fol. 183. in III. verò Nocturn. uti norantur ibid. à fol. 169.

Missæ, uti notatur in Propriis *Sanctorum cum Gloria, Credo, & Oratio* unica, nisi veniant in *Dominica*; tunc enim fit hujus Commemoratio, etiam ibi, ubi sunt *Patroni Titulares*, legiturque de eadem Dominica in fine etiam Evangel. Præfat. de Apostol. Col. Rub.

Vesperæ, excepta Oratione, ut in.

[Xx 3]

in II. Vesper. in Communi Apostolorum, cum Commemoratione Dominicæ, si quæ hodie, vel cras occurrat. *Col. Rub.* In Civitate, & Diœcesi Gerundæ dicuntur hodie Vesperæ de S. Narcisso sub Ritu duplici I. Class. cum Commemoratione præcedentis, & cras Officium, & Missa de eodem inibi sub eodem Ritu, & cum Octava tanquam *Patrono Principali* illius loci, ac Diœcesis: in cæteris autem Hispaniarum Regnis per extensionem non nisi sub *Ritu duplici minore* celebrari permissum die 29. Octobris: liquet ex S. R. C. Decreto die 3. Augusti 1697. emanato, ac reformante Decreta añorum 1682. & 1689. additque: Die 18. Martij (forfan per errorem Typi posita est dies 18. pro 19.) quæ alioqui antea celebrabatur Ritu duplici. Classis Gerundæ, de eo fieri solummodo debere Commemorationem, sicut quadragesimali Tempore fit de Simplificibus, uti videre est apud Franciscum Monacelli P. 2. Formular. pract. legal. Tit. 13. fol. 67. & 68.

29. Nisi hodie alicubi occurrat Festum 9. Lectionum, observanda sunt ea, quæ suprâ ad diem 2. (circa finem) ac 3. hujus Mensis sunt annotata. Quod si hac die, incidente in Feriam V. Hebdomadæ IV. Mens. Octobris, legi debeant juxta Rubricam dictæ Feriæ præfixam Lectiones Dominicæ V. Octobr. tunc Feriâ VI. subsequente Lectiones su-

mendæ sunt ex Feria 2. & 3. post Dominicam V. Octobris dicendo pro una.

30. Observanda eadem heri. Quod si *Vigilia omnium Sanctorum* occurrat in Dominica contingit, quando Festum omnium Sanctorum incidit in Feriam tunc ejus Officium, & Missa tunc *Jejunio de Præcepto* anticipatur Sabbatum præcedens, atque ad diem hodiernam: non tamen perinde anticipatur etiam Anticipatione Vigiliæ addiæ præcedentem in Martyrologio, sed feriat die (nempe hodie) ut alias, alibi dicta ex Gavanti. &c. in *Reglas Martyrolog.*

Porò Officium, & Missa alijs ordinantur tunc eò proportionatè modò, quò die 26. hujus *Officium, & Missa Vigiliæ Ss. Simonis & Judæ*, quando ad diem illam 2. Octobr. anticipatur ea *Vigilia* cum suo *Jejunio*, exceptis tantum his, quæ sunt propria *Vigilia Sanctorum* cum nam in Officiò (dicendò de tempore de Feria currente, cum *Precebus* *libus* ad *Laudes*, & subsequentes *res Horas*) dicuntur 3. Lectiones de *Vigilia omnium Sanctorum* cum propria Oratione, uti notatur in hujus. In *Missa* verò (quam propriam habet *Vigilia omnium Sanctorum*) Oratio 2. est de *S. Spiritu* 3. *Ecclesia*, vel pro Papa. Quod in eo Casu, quò *Vigilia omnium Sanctorum*

etiam cum Jejunio anticipatur ad hodiernam diem, occurrat fieri de octo 9. Lectionum (v. g. translato, alicubi occurrente) tunc de Vigilia anticipata fit in Officio, & Missis variis tantum Commemoratio, aut 9. Lectione de eadem Vigilia in Officio, & ult. Evangelio in Missis. In Ecclesijs autem Cathedralibus & Collegiatis observanda sunt tunc ea, quae sequuntur ad diem 26. & 27. hujus sunt memorata; uti etiam, si hodierna, non tertia dies sit prima dies Mensis Octobris non impedita Officio 9. Lectionum.

Vesperae, nisi cras occurrat Dominica, vel alicubi Festum 9. Lectionum, aut dies infra Octavam, dic: de Feria contentae, cum Oratione Dominicae precedentis, & Commemoratione de Cruce, Suffragijs Sanctorum, ac Precibus Dominicalibus ad Completor. Col. Virid. &c, ut supra P. I. Addidi: Nisi cras occurrat Dominica, vel alicubi Festum 9. Lectionum &c; nam in 1. Cl. Vesperae usque ad Capiculum festum feriales de Sabbato currenti, à Capitulo autem de Dominica, cum Suffragijs, & Precibus Dominicalibus ad Completor. Col. Vir. In II. v. de Casu, ut in Germania (ubi ex Instituto Sedis Apostolicae cras fit sub Ritu duplici de S. Wolfgango Episcopo, & Confess.) hodiernae Vesperae sunt integrae de Festo, v. g. S. Wolfgangi, dicendo omnia, ut in primis Vesperis Confess. Pontif. ex-

cepta Orat. DELUS, qui nobis aeterna Salutis B. Wolfgangum Ministrum &c, quae dic: uti notatur in proprio loco, cum Commemoratione Dominicae, si quae hodie, aut cras occurrat, nisi ubi S. Wolfgangus est duplex 1. vel 2. Classis; nam ubi S. Wolfgangus est duplex 1. aut 2. Classis, ibi fit quidem in 1. ejus Vesperis Commemoratio de Dominica sequente, non tamen de Dominica praecedente, id est, hodie occurrente. Col. Alb. Ubi S. Wolfgangus, tanquam Patronus totius Dioecesis, est Festum solenne 1. Classis (uti est Ratisbonae) ibi potest, imò teste Gavant. Tom. 2. S. 3. c. 7. n. 3. expedit, de Auctoritate Majorum Jejunium Vigilia anticipari ad diem, Festum illud 1. Classis praecedentem, eò modò, quò ex Decreto Leonis X. & Urbani VIII. Jejunium Vigiliae S. Joann. Baptistae anticipatur ad Feriam quartam praecedentem, seu diem 22. Junij, quando ea Vigilia incidit in Festum Ss. CORPORIS CHRISTI: posse autem etiam Episcopum in Festo Solenni Patroni loci, si in eo occurrat Vigilia, quae jejunatur, transferre ejus Jejunium in pridianum diem, docet Cajetanus V. Jejunium cum Tabiena, & alijs apud Gavant loc. cit. Sic alicubi (eodem Gavanto Teste) ob Festum S. Christinae, Patronae, jejunatur pridie ejus Festi ratione Vigiliae S. Jacobi Apostoli, & pridie Vigiliae Festi omnium Sanctorum, non autem in ipsa Vigilia (nisi haec



ratione Fesli omnium Ss. cadentis in Feriam II. anticipetur ad Sabbatum præcedens) pariter jejunari Ratisbonæ ex fide dignis intelligo. Addit verò Gavantus, non perinde etiam Officium *Vigilia* in hujusmodi Casibus esse anticipandum : Nam (inquit) *Separari possunt Officium Vigilia, & Jejunium ejusdem, quod patet in Vigilia Nativitatis Domini, cum ea occurrit in Dominica: quia autem juxta Rubricam tam Missalis, quam Brevariij, in Casu, quò aliqua Vigilia occurrit in Festo 1. Classis, nec in Missa, nec in Officio fit quidquam de illa, ne quidem Commemoratio, ideò in Locis, in quibus Vigilia, quæ jejunatur, incidit in Festum 1. Classis, nihil est faciendum de Vigilia in Officio, & Missa eò die, imò nec pridie, regulariter loquendo; quia licet in ejusmodi locis anticipetur Jejunium ad diem pridianum, seu præcedentem, non tamen perinde (ut paulò antè dictum) anticipatur etiam Officium, ac Missa Vigiliæ ad illum, nisi in Casu, quò Vigilia, quæ jejunatur, venit in Dominica; tunc enim juxta Rubricam Gen. VI. de Vigilia n. 2. non modò Jejunium, sed etiam Officium, ac Missa Vigiliæ (exceptâ tamen Vigiliâ Nativitar. Domini) anticipatur ad Sabbatum præcedens: hinc cum anno 1706. Festo omnium Sanctoꝝ incidente in Feriam II. ejus Vigilia incidisset in Dominicam, etiam Ratisbonæ (ubi Fe-*

stum S. Wolfgangi semper occurrit pridie omnium Sanctoꝝ tanquam *Patroni loci est Festum Solenne 1. Classis non modò Jejunium, sed etiam Officium, & Missa anticipata sunt ad Sabbatum præcedens, seu Diem 30. Octobris. Quòd autem extra hunc Casum solummodo Jejunium, nec autem perinde etiam Officium, & Missa Vigiliæ anticipanda sint ad diem pridianum in ejusmodi locis, patet insuper in Exemplo ex praxi universalis Ecclesiæ petito: nam cum annò 1707. Vigilia S. Joannis Baptistæ incidisset in Festum SS. Corporis (quod est Solenne 1. Classis) Jejunium quidem Vigiliæ ex Dispositione Sedis Apostolicæ anticipatum est ad diem, seu Feriam II. proximè præcedentem; de ipsa tamen Vigilia nec in Officio, nec in Missa quidquam est factum eò antè diem die præcedente. Quòd ipsa proin practicatur etiam Ratisbonæ respectu Vigiliæ omnium Sanctoꝝ incidentis in Festum S. Wolfgangi quòd ibi est 1. Classis, conformiter Rubricæ cit: n. 2. Vid. dicta 23. Feb. 1707.*

31. VIGILIA omnium Sanctoꝝ. Ritus Simpl. Col. Viol. Jejunium de Præcepto. Si hodierna Vigilia occurrat in Dominica, tunc juxta Rubric. de Vigilia ejus Officium & Missa unà cum Jejunio transferretur seu, seu anticipatur ad Sabbatum immediatè præcedens, modò die præcedente à me annotatò. Quòd in Sabbato de Februario alio Officio, aut Diei Commemoratio Officio in Missa sed sic unum n. 1. & 2. Officio, quod non Catholice tunc de Vigilia peritumque Officio. n. 11. dicitur h. Simon quòd diei Lat. de h. sua Cor. innotate. Recentioribus memorat de S. Spiritu in sa. alio Se. autem V. cor. alio. fe, adeo. Missa sole. quoque

Sabbatò illò, aut hodie occurrat fe-
 de Festo 9. Lectionum, aut Die
 alicujus Festi, fit de Vigilia in
 Officio, & Missis privatis talis Festi,
 diei Octavæ solummodo Commem-
 oratio, cum 9. de ead. Vigilia in
 Officio Lectione, & ultimo de ead.
 in Missa Evangelio (nisi Festum il-
 lud sit unum ex majoribus 1. Claf-
 tis, tunc enim juxta ante cit. Rubr.
 n. 1. & 2. nihil fit de Vigilia tam in
 Officio, quàm in Missa) in Ecclesijs au-
 tem Cathedralibus, & Collegiatis can-
 tur tunc duæ Missæ Conventuales,
 una de Festo post Tertiam, alia de
 Vigilia post Nonam, absque ulla u-
 zomque Commemoratione, & in
 utroque dic: Evang. S. Joann. Rubr.
 Missal. III. n. 1. & VII. n. 2. ac Gav. P. 1 ad
 Rubr. III. ejusd. in fin. Si occurrat
 alicubi hodie Dies infra Octavam (v. g.
 S. Simon. & Jud. ubi sunt Patr.) Offic.
 quod dicitur de die infr. Octav. cum 9.
 Lect. de Homil. in Evangel. Vigil. &
 Commem. in Laud: at verò Missæ,
 quæ principalis, juxta Rubr.
 honoratioris Missal. Tit. III. n. 2. di-
 cenda sunt de Vigilia, cum Com-
 memorazione Octavæ, & 3. Oratione
 de S. Spir. cumque in tali occurren-
 tia Missa discordet ab Officio, Color
 Altaris sequi debet Officium, Color
 autem Vestium, seu Paramentorum Sa-
 cramentatum debet esse Conformis Mis-
 sæ, adeoque esse Violaceus; imò in
 Missa solenni Convenit, ut Pallium
 quoque Altaris, seu Antependium

[Pars II.]

Concordet cum Colore Paramento-
 rum Missæ, adeoque fit Violacei Coloris.

Si autem Vigilia omnium Sancto-
 rum non veniat in Dominica, tunc in
 Ecclesia universali, ac ibi, ubi ho-
 die non occurrit fieri Officium de
 Festo 9. Lectionum, tam Officium,
 quàm Missa dic: hodie de Vigilia, &
 Officium quidem fit feriale, ut in
 Psalterio de Fer. currente. Lectio-
 nes tres de Homil. Vigilia, assigna-
 tæ ei hoc Die in Propr. Sanctorum. Re-
 sponforia de Feria curr. Ad Lau-
 des (in quibus dic. Commemorat:
 de Cruc. cum Suffragijs sanctor.)
 & subsequentes minores Horas dic.
 Preces feriales flexis genibus, modò
 alibi, ac in Rubr. Gener: XXXIV.
 n. 4. ac 5. declaratò. Oratio pro-
 pr. uti & Missa, dicenda sine Gl. &
 Cred. Oratio 2. de S. Spiritu, 3.
 Ecclesie, vel pro Papa. Præf. Com-
 mun. in fine Benedicamus, & Evang.
 S. Joann. Col. Viol. Si hæc Vigilia
 incidat in Feriam II. non impedi-
 tam Officiò 9. Lectionum, tunc in
 Missa 2. locò dicenda est Oratio Fi-
 delium, & 3. Orat. de Sancto Spiritu
 juxta Rubr. V. Missal. n. 2. Idem
 est, si alicubi occurrat in ea Festum
 simplex; tunc enim pariter Oratio 2.
 est de simplici 3. de S. Spiritu, nisi
 ratione Feriæ II. simul occurrentis,
 aut ratione Mensis, ut mox dicerur;
 dicenda fit simul Oratio Fidelium;
 tunc enim hæc dicenda est 2. locò
 (utpote in Missis Vivorum semper
 exi-

exigens penultimum) tertio autem locò Oratio de Simplici, nisi plures dicantur Orationes, quàm tres Si denique hodierna Dies sit prima Dies Mensis non impedita Officio 9. Lectionum, tunc circa Missas tam *privatas*, quàm *Conventuales*, observanda sunt ea, quæ antè cit. Rubrica Gener. V. Missalis n. 1. præscribit, ut suprà Die 23. Jun. & 27. Octobr.

Eos, quibus alioquin ex Indulto sedis Apostolicæ concessum est, ut semel, vel pluries singulis Hebdomadis, aut Mensibus possint *Officium & Missam* dicere de certo aliquo Mysterio, aut Sancto (v. g. de *Ss. Sacramento*, aut sui *Ordinis Patrono &c.*) Diebus Fests *Duplici*, vel *Semiduplici* non impeditis, non posse vi ejusmodi Indulti id amplius facere in hac, aut quacunque alia *Vigilia*, constat ex Decreto S. R. C. à me Die 23 Febr. ac alibi relato.

Si hodie occurrat Dominica, tunc juxta dicta Die præced. *Officium & Missa* Vigiliæ occurr. una cum *Jejunio* anticipantur ad Sabbatum præcedens, hodie autem in Ecclesia universalis *Officium & Missa* tunc dicuntur de Dominica occurrente, ut suprà P. I.

In tota GERMANIA celebratur hodie ex Indulto Sedis Apostolicæ de anno 1640. 14. Januarij (uti videre est in Supplemento Breviarj Venetijs 1711. impressò) Festum S.

WOLFGANGI Episcopi Ratisbonensis ac Confess. sub Ritu dupl: minime (nisi ubi est *Patronus Loci*, aut *laris* propriæ Ecclesiæ; nam illis celebratur Ritu *dupl. 1. Classis*) in Commemoratione *Vigilia omnium Sanctorum* hodie occurrentis, nec cum 9. de ead. *Vigilia* Lectione *Officio*, ac ultimo ejusdem Evangelio in *Missâ*, nisi ubi S. Wolfgangus celebratur Ritu *Dupl. 1. Classis* nam ibi nil fit de *Vigilia* tam in *Officio*, quàm in *Missâ* hujus Festi. Quod si hodie occurrat *Dominica*, tunc quia *Officium & Missa* Vigiliæ in die occurrentis unà cum suo *Jejunio* anticipantur ad Sabbatum præcedens nihil hodie fit ullibi de *Vigilia*, tunc verò de *Dominica* hodie occurrente fit in *Officio & Missâ* hodierni Festi occurrentis etiam ibi Commemoratione cum 9. de ead. *Dominica* Lectione in *Officio*, & ultimo Evangelio in *Missâ*, ubi S. Wolfgangus est duplex 1. *Classis*. Præter *Officium* de S. Wolfgango dicitur in *Communi Conf. Pontif. & proprio loco*, nempe vel in *Appendice veteriorum Breviariorum*, aut *Præterito* *Dioecetano*, quorum illa ex Decreto S. R. C. pro I. Noct. assignantur Lectiones de *Scriptura* occurrente, & aliqua verò *Propria* *Dioecelana* (ut nostrum *Brixinense*) sumere cupiunt jubent de *Communi Conf. Pontif. 1. locò* : *Fidelis Sermo &c.* In illa Noct dic, uti notantur in dicta *Appendice*

...ndice, vel in Proprio Diocesano. Altera de Vigilia post Nonam, cum
... III. Noct Vigilare &c, ut in Com-
... Conf. Pontif. 2. loco, cum 9.
... Lectione de Vigilia omnium Sancto-
... am, ejusque Commemoratione in
... ubi S. Wolfgangus non
... dupl. 1. Classis: sumendo An-
... & Vers. ex Feria curr. de Psal-
... Si autem hodie occurrat Do-
... mica, tunc juxta ante dicta in
... S. Wolfgangi etiam ibi dic.
... Lectio, & fit Commemoratio de
... Dominica, ubi is est Duplex 1. Clas-
...
... Missa: Sacerdotes tui &c, ut
... in Comuni Conf. Pontif. 2. loco,
... cum Gloria, sine Credo, nisi ubi est
... Larous Loci, aut propria Ecclesia, vel
... venit in Dominica. Oratio 1.
... propria, uti notatur in Proprio Die-
... ceseo ad Calcem Missal. Orat. 2.
... in Missis privatis de Vigilia hodie
... occurrente, sed ibi tantum, ubi non
... Larous Loci, aut propr. Ecclesia.
... Praef. Communis. In fine Missarum
... privatarum Evang. de Vigilia, sed
... tantum ibi tantum, ubi non est du-
... plex 1. Classis. Col. Alb.
... At verò in Ecclesijs Cathedra-
... & Collegiatis. dic. hodie in lo-
... cis, in quibus fit de Festo 9. Lectio.
... quod non est 1. Classis, duæ Missæ
... Conveat. ut supra, una scil. de Festo
... post Tertiam, sine Comemoratione.

Altera de Vigilia post Nonam, cum
Orat. 2. de S. Spiritu. 3. Ecclesia,
vel pro Papa: in illa dic. Glor. sine
Credo; in hac verò nec Gloria, nec
Credo; in utraque autem dic. in fin.
Evang. S. Joan. Illa dic. in Col.
Alb. Ista in Col. Violac. Rubrica
ubi supra.

Quòd si hodie occurrat Do-
minica, fit in Missa S. Wolfgangi
juxta ante dicta de Dominica Com-
memoratio, cum ultimo de ead. Do-
minica Evangelio etiam in ijs locis,
in quibus celebratur Ritu Duplici. 1.
Classis.

VESPERÆ hodiernæ etiam ibi,
ubi hodie factum est de Festo solen-
ni 1. Classis, dicuntur modò in pro-
prio loco annotatò integræ de Fe-
sto Sequenti omnium Sanctorum,
ut constar ex Tab. concurrentiæ. n.
6. ac etiam Praxi Ecclesiæ Ratis-
bonensis &c. nec non ex ijs, quæ
habet Gav. To. 2. S. 3. C. 9. n. 3.
Commemoratio quoque in hodiernis
Vesperis fit tantum de Festo du-
plici 1. vel 2. Classis hodie celebra-
to, ac de Dominica cras occurrente,
non autem de Festo alio etiam du-
plici, attamen inferioris Classis, ho-
die celebrato, uti nec de Dominica ho-
die occurrente, uti constat ex ead:
Tab. Concurr. & Rubr. Gen. XI.
Brev. Col Alb.



[Y y 2]

T I T U